


The Paolino Gerli
Collection
Manhattan College
The City of New York

Pt. I Hain *7425
Pt II Not in Hain
Copinger I. p. 224 = 7425
Proctor 8163
Bodleian copy impft.

PARIS.—AND. BOCARD.

GAGUIN (Robert), In hoc volumine hec continentur. Robert Gaguini iuris canonici interpretis epistole. Eiusdem quedam orationes. Eiusdem de Conceptione virginis defensio. Eiusdem de eadem conceptione ad fratres sui ordinis orõ. Eiusdem de arte metrificandi precepta. Eiusdem epigrammata. Eiusdem de christi morte atq3 resurrectione. Item de miseriis humane vite: et contra poesis detractores breues tractatuli metro scripti. [Colophon]: *Epistolarum, etc. finis. Que omnia Durandi Gerleri biblyopole parisiaci impensa impressa sunt. Et in vico sancti Jacobi ad divi Dyonisii signum e conspectu ecclesie beati Maturini venalia habentur. Anno domini MCCCCXCVIII* [1498] *Nouemb. secunda et vigesima, per magistrum Andream bocard.* 2 parts in 1 vol. sm. 4to, **Gothic Letter**, *with printer's device on each title, ornamental woodcut initials, with Richard Hobbe's signature on title, olive morocco gilt,* 3/4 5 3/8
Hain-Copinger, *7425; Proctor, 8163.

4°O.K Inc.

Gaguin

Lb. 543.991

Biblioteca Centrală Universitară
BUCUREȘTI
Cota II 09/155
Inventar Cv. 1.251

2

R. Gaguines, *Epistolarum et orationum tractatusque de virigineo Marie…*
[Paris] : Andre Bocand for Durand Gelier, 1498.

R Hobbes

# In hoc volumine hec continentur.

Roberti gaguini iuris canonici interpretis epiſtole
Eiuſdem quedam orationes
Eiuſdem de Conceptione virginis defenſio.
Eiuſdem de eadē conceptione ad fratres ſui ordinis orõ
Eiuſdem de arte metrificandi precepta
Eiuſdem epigrammata
Eiuſdem de chriſti morte atq; reſurrectione. Item de mi-
ſerijs humane vite: et contra poeſis detractores breues
tractatuli metro ſcripti.

Sū Richardi Hobbei



133928



## Epiſtolarum Roberti gaguini ad Jodocū badium prefatio.

Priuſqꝫ me Jodoce badi admoneres colligere varias que a me diuerſo tempore epiſtole prodierunt/id facere fueram diu veritus: ſciens non temere credendum eſſe noticie plurimorum quod amicis ex tempore et tumultuario interdum affectu vel ſerio vel ioco familiariter ſcripſeram. Nam quod huiuſmodi eſt/id facili amicorum examine preteritur. Emiſſum vero tot iudices habet quot lectores: imo quot auditores. Cuius rei ex negociante matrona michi factum erat periculum. Que cum miniſtrat domi: ſe negligentius curat. nec familie congreſſum timet. foras progreſſura: que circa eā ſunt prouidet. crines pectit: et ſe comit diligenter. Nam quod in propatulo eſt vix calumnia caret: ſcrutantibus examuſſim plurimis quod reprehendant. Sed quoniam in hominū ſtudijs tale aliquid eſt quale in nūdinis: vbi pro ſuis quiſqꝫ facultatibus merces quas comparet deligit: ego cum alijs ſcriptoribus/meas quecunqꝫ ſunt operationes ſcholaſticorū auditorijs te ſuaſore extrudo. Itaqꝫ nōnullos ſpectādi ſaltem gratia acceſſuros ſpero/qui poſt aliorum recenſitas meliores lucubrationes: hanc forte ſibi comparatam non faſtidibūt. Vale Apud maturinos Pariſiorum. iij. nonas octobris. M. CCCC. xcvij.

Robertus gaguinus Durando gerlerio Pariſiano biblyopole Salutem.

Iodocus badius imprimendorum librorũ diligentiſſimus admodũ caſtigator cum me crebris ſcriptionibus et litteris admoneret: vt ſi earum epiſtolarũ atqꝫ opuſculoꝝ q̃ a me aliq̃n emiſſa eſſent exemplaria cõſeruaſſem: ea oĩa Lugdunũ ad ſe demitterem: impetrauit tandẽ. Nam cuꝫ fidei atqꝫ amicitie eius vehementer confiderem: nichil dubitabã credere quoqꝫ illi ſtudiorũ meorum monumẽta q̇ imp̃mẽda fideliter curaret. fuiſſetqꝫ ſui propoſiti certꝰ executor: niſi ioannis trechſel: cuius ſtipendijs alebatur: immatura mors ſucceſſiſſet. Sed eo patrono defectus: cũ intelligeret pariter cum illo impreſſoriam eius officinã aut omnino interijſſe: aut vacuam diu fore: ea que acceperat ad me remiſit. Quãobrem prope accidit: vt lucubraciũculas meas ſinerem contaminari incuria et ſitu. At cum adte vicinum michi hominez ⁊ huiuſmodi impreſſorie artis non inſcium reſpicerẽ: animus fuit: feturam ⁊ res a me genitas non p̱mittere occumbere. quãqꝫ non ea ſpecie ⁊ forma ſunt: que oblectare inſpectorem aut lectorem poſſint. Sed qꝛ omni animãti natura tribuit ſui generis nõ aſpernari genituras: meis volui vigiliolis eſſe conſultũ. Opera nãqꝫ ſua non ſecus ac liberos quiuis autor fouet et tuetur. Curabis ꝓpterea durande pro tua in me obſeruãtia ⁊ amore: diligenti cura impreſſa reddere q̇ Iodocus mortuo patrono abſoluere non potuit. Itaqꝫ conſcius ſum: te maxime affectum eſſe: vt quecũqꝫ agenda recepiſti ea puriſſime atqꝫ emendatiſſime abſoluas. Qua ſollicitudine q̇ carent impreſſores / cum ſibi / tum litteris impudenter officiunt. ſibi quidẽ / quia ꝓ veris et ſinceris mercibus adulteratas et mendoſas exhibent. Litteris vero: ꝙ tenebris errorũ eas obducunt fallentes ſtudioſos veritatis. Vale Apud diuum maturinum Pariſieñ. xv. kal̃. auguſti. ãno ſalutis Milleſimo. CCCC. xcviij.



Patribus correctoribus capl̃i gñalis ordinis ſancte trinitatis Robertus gaguinus. S. Epl̃a. i.

Segnem me forte aut ingratum appellabitis: ꝙ pro veſtris in me ſingularibus meritis gratias nondũ reddere curaui. Nam vt ignauie datur / id differre quod debes: ita ingratitudinis eſt debitũ oĩno nõ reddere. Sed id agere cũ ſtatuiſſem: veſtrorũ in me ꝑfecto ãpliſſimorũ magnitudo meritorũ deterruit / q̇bus nullis officijs digne ſatiſfacere poſſum Illa enĩ tanta ſunt que in me liberaliter cõtuliſtis: q̃ta abs quouis mortaliũ haud expectare licuiſſet. Nam cũ eſſem a puero ſacre religionis inſtitutis p̱deditus: meqꝫ ad egregias artes ⁊ diſciplinas aptuꝫ ꝓ veſtra ſapiẽtia iudicaretis: nõ ſuſtinuiſtis molle adhuc ⁊ tenellum ingeniũ ruſtica ſimplicitate dureſcere. nõ paſſi eſtis me litteras queritantẽ longiſſime p̱uagari. ſꝫ rebus oĩbus (preter hoc / qui veſter eſt aĩo) nudũ ita humaniſſime ⁊ ſuſcepiſtis ⁊ fouiſtis: vt quicq̇d tũ fortune / tũ virtutis ex ſchola diuinarũ litterarũ poſthac conſequi ſpero id omne veſtrũ eſſe aſſeuerare poteritis. Neqꝫ vnq̃ꝫ / licꝫ vel fortuna dignitate me efferet: vl̃ ſplẽdor lr̃arum illuſtrabit id meũ eſſe vindicabo. Itaqꝫ q̃nquidẽ ingratiſſimi eſt animi bñficiorum eẽ immemorẽ: feraciſſimos q̇ multiplicatã ſementẽ reddunt agros imitabor. neqꝫ ſinã veſtris me muneribus abũde cumulatũ / ignauũ aut ingratũ noĩari. qui compertũ habeo q̃tum ij qui hoc vicio ſordeſcunt / nichili habeant̃. Sed q̃ veſtra michi benignitas atqꝫ munificẽtia impartiuit: ea oĩa quoad vita defungar memoria ꝯtinebo Vos aũt quibus ſp̱ fuit in bonos dilectio atqꝫ amor / inprimis obſeruabo. michiqꝫ p̱ſuaſum faciã tantũ vobis me debere quẽ in lucẽ litteraꝝ demiſiſtis: q̃tuꝫ pijſſimus q̇ſqꝫ obnoxius parẽtibus eſſe dꝫ. Sed vos demũ (q̃ꝫ michi in parentũ loco ſucceditis) oro atqꝫ obſecro p̱ deũ immortalez / ſi michi nõ deero doctrinã cupiẽti: ſi intelligetis veſtrã in me operã nõ fruſtra impendi: haud deſiſtite ſubuenire. vt me forte aliq̃n nõ inſipiẽtẽ neqꝫ ieruditũ / ad res vr̃i ordĩs adſciſcere poſſitis adiutorẽ Valete benigniſſimi pr̃es Ex ſilua nepe. iij. Idus Apꝛil̃. M. CCCC. lxij.

## ¶ Robertus gaguinus Petro burio. S. epl'a. ii

INſederunt altius in aīo ſuauiſſime petre hor
tatus illi quos ad te ex inſulis ioannes amicꝰ
noſter ſcripſit. Qui ꝗ et te a peſtilēti vrbe pre
cauere ⁊ tuis neceſſarijs nō ſurripere optimā
de te cōſolationē admonēt / eos oīno refellen
dos eſſe nō arbitror. Nō enim ea fiducia aīmi mors ſpernē
da eſt ſempꝛ: vt nobis aliqñ / dū expectat̄ / nō prouidere de
beamus: aut ijs morē nō gerere qui cognatōne vel moribꝰ
nob iūcti ſunt. Qꝫ ei nature legibus naſcimur ad mortē:
id tñ vite quod dat̄ debet tum in noſtras: tū in amicorū cō
moditates diſtribui. vt ad incremēta virtutū / ꝑdiſcendāꝗ
diſciplinā ſalubri corpore ipſi ſimꝰ. ad ꝓximorū vero cala=
mitates ſubleuādas nō pigri. Exiſtimanda hec vita eſt vt
paleſtra quedā / in qua nos colluctari atꝗ digladiari priuſ
oportet: ꝗꝫ ꝑ mortē adeo vita meliore donemur. Recte ꝓ=
pterea ꝓuidentiſſimus quiſꝗ timebit pauxilluꝫ ſibi ſpacij
indulgeri ad excolendū aīm / quo vno et viuimus et mori=
mur bene. Neꝗ enī aliter ꝑpetua beatitate potiemur: niſi
illā nobis ex huiꝰ vite beneficētia cōparemus. niſi aſperuꝫ
et confragoſum quo illo ꝑuenit̄ callem cōplanemus. Que
res ꝗꝫ ſit vel in diuturniore vita difficilis teſtant̄ ſolitudies
inedie / diri ad necē cruciatus eorū qui nos ad beatā vitaꝫ
p̄ceſſerūt. Eſt igit̄ dementiſſimū optare p̄ſcindi dies ſuos
qui ꝓ dignitate querēde perēnitatis ſempꝛ numerādi ſunt
pauciſſimi. q̄bus in lōgiſſimū ꝓductis vnū ſi adiecerit deꝰ
erit is lucro ſapiēti / vel ad penitudinē / vel ad gloriā cumu
landā. At ſi cōmodo ducimꝰ vita demigrare: erit ī ipſis cre
pūdijs cū adhuc ſumꝰ innocētes vt occidamꝰ orandū. Sed
q̄s primule etatis infantē grādeuo hoī p̄tulerit? q̄ pericl'is
expoſitꝰ: vicijs oppugnatꝰ cōflictādo victor euaſit? Eſt ve
re illiꝰ inſons etas nō ſpernēda. Huiꝰ aūt nō deturbata ſce
lerū īcurſu a recto vita efferēda eſt laudibꝰ plus humanis.
Sed eſto. Sint noſtri dies ꝓ ībecilla valitudie mortaliū lu
ctuoſi oēs: fames viſcera detorq̄at: claſſica belli circūſonēt
inſultet īmanitas tyrānorū: flagitioſi efferant̄ ſublimes: vi
leſcat q̄ſꝗ ſanctiſſimꝰ: vitā ne exoſi ꝓcurremꝰ in mortem?



Petre petre oē genꝰ peſtis ſuperat mēs. et ꝑ anguſtias du
cta fit ipſa difficultate robuſtior. An neſcimꝰ nobis eſſe ī ce
lis: qui laborū exiſtimatione p̄mia ꝯſtituit? Oremꝰ magis
vt integro tandē corpore vitā deducamꝰ: quoad poſſimus
ſuffragātibꝰ meritis adipiſci gloriā īmortalē. Quā qui bre
uiore in terris mora ſe ꝓmeritū eſſe ſperabit: is michi arro
gantiſſimꝰ putabit̄. Proinde et excedere locis funebribꝰ /
et plenas peſtis vrbes effugere te ſempꝛ cuꝫ ioanne noſtro
cohortabor. Pulchriuſꝗ iudicabo in id genꝰ mortis incide
re cuiꝰ cōtagione nō vicient̄ amici. Cuiꝰ ꝗꝫtulo ꝓtractu me
examinem. recognoſcā opera vite preterite. et ꝯplorātibꝰ
amicis valedicēdi facultas ꝯcedat̄. Qꝫ horrendū petre eſ
ſe putas cernere hoīem virulētiſſima tabo repente collabi
relictū iri vel ab ijs quos habuit vt ſeip̄m dilectos. emori
eundē ſine cōſolante. in ſup̄mis nō habere ſuſpirijs qui cō=
miſereſcat. Que vt fugias ioannes orauit. et vt recte ſua=
denti credas obſecro. Vale. Ex verberia decimooctauo
kal'. Junij. M. CCCC. ſeptuageſimo octauo.

## ¶ Robertus gaguinus Joanni nauello. epl'a. iiii.

ABeram ioannes cariſſime cū litteras tuas ta
bellarius ad me datas tulit. Eas pater meuſ
generalis ſibi redditas excepit: cū pyreneuꝫ
trāſgreſſus heſperiā / ditiſſimoſꝗ eiꝰ fluuios
hebrū et tagū / vſꝗ ad herculis gades pene=
traui. Quibꝰ in rebus mēſibus ſeptē exactis
vbi ad gallias tandē me ꝯtuli ꝑcōtatꝰ de te amicos reſciui
lr̄as tuas penes eū quē dixi pr̄em generaleꝫ repoſitas eſſe
quas īter neglectas cartulas tādē inueni. inuētas magna
admodū voluptate legi quaſi tuā effigiē p̄ ſe ferētes. Sed
nō potui ad illos ꝯfeſtim reſcribere īpeditꝰ curis q̄bus me
meus ordo īuoluit. Ante enī dies tris illius qđ ꝓxime pre
teritū eſt paſche tornacū ꝓfectꝰ / cōſtituerā te viſere. ſed p̄
ceperūt me matris littere quibus parenduꝫ fuit. iam vero
paululū ocij aſſecutus tanto libentius tibi ſcribo: quāto fi=
de atꝗ amicitia iucūdiſſimus michi ſemper fuiſti. Jungūt
enim nos et quodāmodo ſimiles efficiunt cōſueta olim mo
rum et ſtudiorū cōtubernia / fortunarumꝗ ſimilitudo. Te
igit̄ quem humanum noui bono in me aīo eſſe non diffido.

licet nos locorum intercapedo diſiūgat. Qualis ei̅ michi
animus eſt/talē ijs quos amo eſſe facile arbitror. Quāob
rem nulla tuis lr̄is adulatiōe ad inſequentē modū rn̄deo.
Aduerſum ꝑpoſitio q̄ caput ep̄le mee fuit te dubiū (vt ſcri
bis) effecit/ꝙ eam autores ꝓ apud proqꝫ cōtra nōnunqꝫ aſ
ſumūt. Propterea nō ſatis te intelligere aſſeris q̇d aduer
ſum te habere ſcripſerim Si me interpretē admittis: vtrū
qꝫ michi libet. Apud te eni̅ eſſe et corā cōfabulari ſupra q̄꜕
exiſtimas deſidero. Neqꝫ quicq̄ꝫ iucūdius michi afforе pu
to: q̄ꝫ ſi vna familiariſſime tractemus que ad amicitiā nr̄az
conueniūt. Arbitraris ne ſuauiſſimū eſſe ponere ante ocu
los amici q̄ in medijs alpibus/itē apud ligures/tuſcoſqꝫ:
deinde apud theutones/mox in vlteriore hyſpania/⁊ paſ
ſus ſum mala/⁊ deo volēte bona ſuſcepi? Quod fuit (vt ē
apud tragicū ſenecā) durū pati meminiſſe dulce eſt. Et ſu=
auiora ſunt inter aduerſitates q̄ nobis bona ꝓueniūt. Ad
uerſum aūt id eſt cōtra te eo plura me habere intelligas:
quo te apolline plenū propoſitū abrupiſſe te ſchola theolo
gorum conquerit̄. Quid tibi cū teſtili ioānes chariſſime?
Credidiſſes vtinā tytiro maronis. Dū me galathea tene=
bat/nec ſpes libertatis erat nec cura peculij. Sꝫ de hoc ꝑ
ep̄lam agere deſiſto. Penitudo facti (ſi vir es) ſatis te cru
ciat. Attingā illud quo aduerſam fortunā ad hoīm mores
refers. Cōuerſari ⁊ homibus cōuiuere poſſe ſi deſꝑabas:
quare pauꝑtatez tuā intolerabili comite feciſti grauiorē?
Si parū fuit qđ antea poſſidebas: id ne permodicū erit in
duos diſtributū? Quinimo aīm tuū qui tolerādis aduer=
ſis totus vix ſeſe intēdebat: ꝑtitus es in alterū/cuius ino=
pie plus tue cōdoleas cecus amor impellet. Nō ſunt tanti
oīm hoīm mores: vt dum eos vitas/in deterius te precipi
tes. Tu ꝓpterea hoīm ſcꝫ nequiciā fugis: vt femine ſis ob
noxius? Nō equanimiter fero te ad canos ꝓperantem ab
vera decedere ſn̄ia. Circūſpice q̄ſo/⁊ quē teipm̄ facis/duz
euētus rerū tuarū tempoꝝ atqꝫ hoīm malicijs aſcribis. im
bellē ꝓfecto atqꝫ effeminatuz merito te dixeris: qui ꝓpter
paucorū dolos/lōganimitate te abdicaſti iuri tuo cedens
Jus tuū appello theologā laureā: cuius optabile gymna=
ſium fortis athleta intraueras. Te ne homies fefellerūt?


Quid ni? te fallere veritus ipſe nō es. Diſceſſerūt iprobiſ
ſimi hoies a fide: a iuſtitia: ab equitate: debuiſti ex eorū er
ratis meliorē efficere vitā tuam ⁊ ſortē. Prudētibus viris
boni aliq̇d ex alienis ꝑiculis ſemꝑ accedit. Diligētib⁹ deū
(inquit ap̄ls) oīa cooperātur in bonū Extāt inumera eoꝝ
exēpla quos aliena flagitia a bono nō deflexerūt. A fratri
bus venūdatus ioſeph illecebra mulieris nō fecit ipudicū
Darij in macedones exactio alexādro aīos fecit orbis im
periū cōparandi. Martyrū nō loqueremur victorias: niſi
neronis ⁊ domiciani aliorūqꝫ tyrānorum ſeuicia ebulliſſet
Ut eni̅ impulſus calibe ſilex ſcintillas emittit: ita robuſta
mens aduerſa fortuna laceſſita virtutū flāmis emicat. Js
igitur vir eſt qui nō ob doloſos hoies q̇bus dū viuitur cō=
tendendū eſt: aut ꝓpter fortune inconſtantiā/vel imperā
tiū ſceleratas leges liberioris vite ꝓpoſitū dereliquit Q꜒
ſi loco nōnunqꝫ ſecedendū erit: mentē volo cōſtantē (ſi bo
na eſt) ꝑmanere. An ne meminiſti ſatyrū aquinatē ſcp̄ſiſſe.
Haud facile emergūt quoꝝ virtutibus obſtat/res āguſta
domi. Nō eni̅ eſt vt ſeneca ait ad aſtra mollis etheris via.
ideo gl̄ioſiores iure arbitramur eos qui obluctādo aduer
ſis victores euadūt. Ceterū ꝙ inopie conſultū eē voluiſti:
nō reprehēdo. Sic eni̅ origenes amiſſo ꝑ martiriū leoncio
patre/matrē ⁊ fratres ſex grāmaticen docens aluit. Ergo
ſi in eodē ludi magiſterio bene tibi eſt: gaudeo. ſꝫ feminaz
magis q̄ꝫ inopiā fugias hortor. Hāc ſobrietate ⁊ paciētia
tolerabilē reddes. illius auariciaz nullis opibus explebis
nec rixas equanimitate franges. Uale. Ex cella noſtra a=
pud maturinos pariſienſes. iij. kal'. ſeptemb.

## ¶ Robertus gaguin⁹ Ambroſio cābraio. S. .iiii.

INcaluerat homo noſter iocularis/⁊ michi q̇
dē viſus erat ad exhibenda ꝓmiſſa tā feruid⁹
q̄ꝫ ſi ex vulcani fornace ꝓdūſſet. Sed iā non ſi
ne bili nugas eius noui. Cereus eſt. ⁊ vt leuiſ
ſimo calore liqueſcit: ita ꝑexiguo algore ꝯtra
hitur. Nā ea nocte cuius crepuſculo hinc di=
ſceſſeras: firmauerat iterū ſn̄iam a qua depellei e illū nulla
vis ſicuti ipſe arbitrabar/potuiſſet. Inter cedētib⁹ horis

fere duabus/poſtq̃ apud floram ⁊ reliquas ſue ꝯſuetudis
veneres diſcubuit:repẽte demutatus/ad me legat q̃ meã
ꝑfectionẽ moraretur. Muſſitans ꝑpterea noctẽ totã eger
rime tranſegi. Cuius ſi momenta neſcis:ego tibi ad vnum
ꝓbe numerabo. Primula luce adeo hoiem. Rogo num qd
ex turonis velit. Ait conſilio amicorũ ſe a ꝓpoſito dehorta
tum.nolle quicq̃ facere quod ſe dedeceat/ et ſuam conſciẽ
tiam grauet. O bonã nebulonis mentẽ. formidat per peni
tudinem relinquere/quod ambitione cõgeſſit. Diceres ꝓ
fecto hoiem ex nimio incendio in altiſſimas repente niues
fuiſſe demerſum. Diſcedo ꝓpterea ab eo qui nõ dignus eſ
ſet a quo leuitatis cauſas exquirerem. Nã quid arundineo
facias promiſſori/qui momẽto varias in partes inclinat?
Ut ſincere id feram ex meis moribus pẽſa.hoiem quidem
rideo michi non parũ infenſus qui parere habeo effemina
tiſſimo deluſori. Cui pro ſua in omne tempus hyſtrionica
leuitate illõ ab oratio reſpõſum ſit. Quid tãto dignũ feret
hic ꝓmiſſor hyatu? Parturiẽt mõtes naſcet̃ ridiculꝰ mus.
Uale. Ex cella mea apud maturinos piſiorũ.x.kal. Julij.

## Robertꝰ Ga. Roberteto regio ſecretario.S.v.

Grauiores tuas occupatõnes eſſe non ignoro
q̃ vt litteris multam dare operam poſſis. Te
enim aulicis ſollicitudinibus impeditũ varie
cure circũſiſtunt. Quãobrem nichil ad te pro
lixum mitto. Tales ſunt he cratis philoſophi
epiſtole/vt eas per horã totas vel momento
ſingulas lectites. Itaq̃ nichil breuiꝰ in meis libellis depre
hendi. Eas nacto forte ocio legẽs/inuenies multa chriſtia
ne legi conſentanea. Miraberiſq̃ hoiem cynicũ cõpluribꝰ
ſeculis ante dñm ſaluatorem natũ ob philoſophie amorem
tãtopere cõtẽpſiſſe diuitias/et ſummã obſeruaſſe paupta-
te. Tã illo igit̃ munuſculo donatus his me eplis ſimile ali
qd hr̃e eſtimato. Ille paucis cõtexte ſenſu exuberant/ego
tenuibus fortunis homũculus nõ ſupellectile quidem/ſed
aĩo abundo:in te mediuſfidius optimo. Quare ſi me alicu
ius penſi eſſe arbitraris:iperioſius vtere amici tui rebus.
Uale. Apud maturinos pariſiorũ.pridie kal.decemb.



## Ad doctores theologos ꝓ inſtaurãda diui maturini eccleſia Roberti gaguini oratio prima.

Due res oĩno (diuini atq̃ magnifici doctores)
michi apud vos dicẽdi fiduciã faciũt. Inpri
mis eñi tam humanis moribꝰ vos inſtitutos
et litteris ad pietatẽ formatos eẽ ſcio:vt opẽ
veſtrã demiſſe poſtulantes prõpte ſemꝑ et li
beraliter adiuuetis. Neq̃ aliter ꝑfecto q̃ſq̃
fecerit/qui eã qua imbuti eſtis ſapientiã ꝓfitet̃.fixũ in aĩo
tenetis illud magiſtri et ſaluatoris oĩm ieſu xp̃i preceptũ
Eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors ẽ. Res
p̃terea quã paucis acturi ſumus ita ſe oĩm oculis inculcat:
vt vel ſilẽtibus nobis vel forte oculere volẽtibꝰ/clamet et
ꝓdat ſeſe.ita vt in reuelãda huius domꝰ calamitate nõ lon
ga admodũ nec p̃parata orõe michi opus ſit. Uos dũ hac
iter facitis/quocũq̃ libuit oculos iflectere miſeras ruinas
facile intueri poteſtis. Cũ eñi primũ adminiſtrationis eiꝰ
curã accepi:ſiue ſurſum verſus:ſiue deorſuz q̃s aſpectabat
nichil preter infractas tegulas ⁊ ꝓlabẽtia tecta:nichil pre
ter ſitũ et ſqualidos parietes licebat offendere. Mea cura
tñ inſtaurata ſunt multa. ⁊ fratres mei ordinis religioſio-
res/⁊ domus ipſa paulo effecta eſt ornatior. Jam vero cũ
hec lacera tabulata:cũ hos rimoſos parietes in q̃bꝰ ꝑſcpe
cõuenitis:cũ deambulatoria et ꝓcũbẽtes porticꝰ colũnas
intueor:cũ verſo item in aĩo quas ĩpenſas hec vt inſtaurẽ-
tur poſtulãt:deficit me ꝓpe virtꝰ.et ſpe bene gerẽde rei de
ſtiturꝰ tabeſco. Quippe quẽ ꝓuẽtus oĩs huius loci/⁊ oĩo
quidẽ vnius anni nõ ſatis ſint loco inſtaurãdo. Sed dat nõ
nunq̃ aĩm michi cũ veſtra benignitas tũ vniuerſitatis vr̃e
ſingule natiões.quaꝝ alie ſua iã nobis ſubſidia tribuerũt.
alie nõdũ quidẽ a nobis orate ſuã opẽ ſpõte pollicent̃. hor
tant̃q̃ bene ſperare de ſcolaſticis oĩbus quibꝰ maturinoꝝ
domꝰ receptaculũ eſt/et ad ſuos cõuentꝰ faciẽdos domici
liũ honeſtatis. Quibꝰ cũ veſtra quoq̃ vt ſperamꝰ ꝯmiſera
tio ⁊ facilis liberalitas accedet. Si eniz cuiq̃ ex pariſienſi
ſchola domꝰ hec diſpateat:in vſus certe veſtros et ſacroſã
cte veſtre facultatis vna nobiſcum maxime communis eſt.

Hic cōuentus oēs/hic grauiſſima veſtra cōſilia/hic ꝓces ⁊
rem diuinā ex cōi patrū inſtituto habetis ſemper ⁊ facitis
Ita fit: vt ⁊ vetuſſimo vſu ⁊ inhabitandi cōſuetudine voƀ
hic locꝰ vobis inqꝫ peculiaris habeaꝛ.et veſter ab exteris
magis qꝫ noſter reputeꝛ. Itaqꝫ cū tota vrbe pariſiorū tria
ſint oīno domicilia q̄ publica maxime fama percelebrat: di
ue matris xp̄i auguſtiſſimū illud templū: palaciū itē legis
⁊ regū ſedē: hoc vere diui maturini collegiū qđ veſtra fre=
quētia magis qꝫ noſter incolatus illuſtrat tertiū merito no
minaꝛ. Et neſcio quidez an vllus in vrbe locus ſit hoc vno
famatior. Priora nāqꝫ duo galliarū tantū incole: maturi=
nos vero orbis fere xp̄ianus veſtri cā ꝓnoſcit. Quāobrē
cū forte meditabūdus ꝑ hoc clauſtrū deambulo/ſepenūe=
ro ſum miratus cur ceteris minus hic eſſz locus ornatus et
ſplēdidus. Nā cetera vrbis tēpla imo abſtruſiſſima in ali=
quo angiportu ſacella vel ſculptilibus vel picturis decora
ſunt. hec publica veſtre vniuerſitatis baſilica nō modo nul
lo ornatu ⁊ picturarū oblectamētis nitet: ſꝫ ſqualidis pari
etibus ⁊ ijs quidē vetuſtate ⁊ neglectu ſemeſis/ac ꝓpe in
terrā ꝓlabētibus deſerta magis qꝫ a vobis frequētata iu=
dicaꝛ. Non ita ſcholas ſuas doctiſſimi patres priſci illi ph̄i
negligebāt. Aliter ſuam achademiā curabat plato. Suas
porticus nitidius ſtoyci aſſeruabāt. Et illi quidē ꝑipateti
coꝝ pricipi ariſtoteli ſua magis cordi deābulatoria fuerūt
Quin ortulos etiā ſuos tuēde voluptatis grā cōparatos/
et virētibus arbuſculis eqꝫ viuo fonte ſcaturiētibꝰ riuulis
epicurꝰ cōfecit/incoluit/irrigauit. Proīde vt ſcholis ph̄i:
ita ſchole ph̄is decorē ⁊ famā addiderūt. Hic vero locꝰ noīe
tm̄ vr̄o nobilis ⁊ clarus: re aūt ip̄a ꝑobſcurus/muſcoſus/
fuliginoſus: pānoſi cuiuſdā hoīs tuguriolū eē videꝛ. Ita=
qꝫ ex qꝫplurimis hoībus qui hanc vrbē frequenꝛ adueni
unt eſt fere nemo qui nō maturinoꝝ edes primū ardeat in
tueri. Cur ita? An forte qr decē hunc locū fraterculi poſſi=
deāt? Trahit eos ꝓfecto magis veſtra ꝑ orbem diffuſa au
toritas. hoc vno in loco ea ſe corā videre putāt: que de vr̄a
ſapiētia auribus tm̄ acceperūt. Eſtimant locū oēm exem=
plis abūdare. credūt hinc documēta ſe ſumpturos q̄ in pa
triā ꝑferant ſuā. Sciūt quidē vos collegia ſeorſum ⁊ ſcho=



las habere in quibus de litteris et ſalutaribus diſciplinis
ſcrupuloſiſſime diſſeratis. At ꝙ hic id eſt apud maturinos
de oī veſtra republica ſentētias dicitis: ꝙ edicta/ꝙ decre
ta veſtra ⁊ ordinatiōes inſcribitis ⁊ firmatis: ꝙ ad ſuppli=
catiōes diuinas hinc digredi/atqꝫ huc rurſus reuerti vos
ſꝑ intelligūt: ita exiſtimāt maturinos vobis cure eſſe quē
admodū atheniēſibus ariopagū fuiſſe legūt. Cuius rei ip
ſe etiā aliqn̄ credulus: priuſqꝫ his oculis locū ꝑſpexiſſem:
reputabam mecū ſepe ſingulos huius loci lapides latine
poſſe loqui/atqꝫ inſculptos eſſe vel preclaris imaginibus:
vel ornatos varijs hiſtorijs quas ſibi ſinguli doctores ex
cogitatas pinxiſſent. Verū ſi quis eccl'ie feneſtras vl' gip
ſo preſtructas: vl' tenebreſcēte vitro ſubfuſcas videt: ſi q̇s
nōmodo nudos et vacuos decoramētis/ſꝫ puluerulētos ⁊
obſoletos nimia vetuſtate muros ſcrutaꝛ: coniecturā facit
neglecte ⁊ ſprete habitatiōis veſtre. minora reddit omnia
que de vobis antea crediderat. Abitqꝫ offenſus tenuitate
et incuria publicarū ediū veſtrarū. Atqui ſi quiſqꝫ veſtrū
eſt (vt vere eſſe debet) qui litterarijs opibus/qui picturis
qui ſimulachris aīos inſpicientiū ad gl'iam monētibus/q̇
forte perēnibus monumentis ꝓpagare/⁊ in varias orbis
oras ſedens trāſmittere nomen ſuū velit. celeberrimꝰ hic
locus eſt: ad quē quiſqꝫ amātiſſimus egregiarū artiū ex or
be pene vniuerſo velut ad cōem minerue officinā ꝯmigret
Qua re recte ſane adductus ille ſphere auctor Ioānes de
ſacro boſco delegit potiſſimū hoc loco ſepeliri. Et maiores
q̇dez veſtri duos illos ſuos quondā alūnos/turpiter ſane
dānatos/ſꝫ ex patibulo honorificētiſſime tandē receptos:
his in edibus humatos eſſe voluerunt: ꝙ nullus celebrior
erat locus qui veſtre auctoritatis memoriā vulgatius pre
ſe ferret. Itaqꝫ arbitrati ſunt veras ſuas laudes hoc loco
tā diu aſſeruatū iri: quoad vel maturinorū edes extarent:
vel memorabilis hec ſtudioꝝ parens vniuerſitas eas inco
leret. Igitur cū ſitum ⁊ mucorē/cū ſqualores/cū hiātes ri
mas/cū ruinas/cū caſus atqꝫ fortunas huius veſtri colle=
gij animo volueritis: Cū meas curas ⁊ ſollicitudines/cuꝫ
vel ad recte inſtituēdos fratres/vel ad erigēda que procū
bunt meam vigilantiā cogitaueritis: tandē magnifici pa=
tres reputate vobiſcū qui eſtis. qua dignitate/quo gradu

qua ſublimitate veſter hic ſtatus cū nationibus: tū reliq̄s
facultatibꝰ antecellit. Conferte parē aīm rebus quas mo-
limur. Uos vere ſapientie ꝓfeſſores: vos oīm virtutū lau
datores nolite obliuiſci largitatis. Si maiores veſtri hunc
locū pennē atqꝫ honoratū eē voluerūt: Si vnius monumē-
ti ꝑpetua veſtra laude: ſi ſua quottidiana frequētia: ſi conſi
liȷ̄s: ſi foro et conſeruatoria iuriſditione hoc ſibi domiciliū
peculiariter delegerūt: ſi talem eū eſtimatis qui ad veſtrā
famā ⁊ ſupabūdantē gloriā cōducere poſſit miſereat vos
calamitatū quas cernitis. Pudeat vos id neglectū ꝑtran
ſire quod ſeniores veſtri cū publicis tū priuatis ſemꝑ opi-
bus ſuſtentarūt. ⁊ quod vos ipſi pro cōtionibus veſtris in
colitis. Nichil hec ꝑfecto detrimēta: nichil he ruine et ob
ſtructe tam diu eccl'ie feneſtre nobis vituperatiōis afferēt:
quin in vos q̄ꝫ eius dedecoris ꝑtem reȷ̄ciant. Neqꝫ veſtre
mediusfidius ſatis dignitati feceritis ſi francorū atqꝫ nor-
mānorū venerandis nationibus fueritis tardiores: quarū
altera decem ⁊ octo: altera nobis ex ſuo erario regios aure
os triginta nō ſegniter dep̄rōpſit. Sed iā nichil vltra mea
vos oratiōe diſtinebo. veſtro honori conſulite. agite ma-
gnifice. Subuenite atqꝫ opitulemini precor miſeris rebus
tam vobis q̄ꝫ nobis reuera cōmunibus.

¶ Robertꝰ. G. Petro doriolo frācie cācellario .vi.

PErmulta nūc ad te ſcribere ī ea re de qua ⁊ aliȷ̄
cōplures: ⁊ ip̄e tibi cū ex hac vrbe ad regez de
migrares corā ſum locutus ſuperuacuū foret.
Res ſe ip̄a prodit. Que id magnitudinis iam
obtinet: vt nemo illi ſatis ydoneus ſcriptor ac
ceſſerit. Nā ita oī genere laudis abūdant res glorioſe frā-
corū: vt nō vna oēs illuſtrare / ſed nec vnā aut alterā hyſto
riā ſatis ample ꝓferre quiſq̄ꝫ poſſit. Gallicos quidē ſcripto
res ⁊ eoſdē ad dicendū ſua lingua diſertos habuit hoc re-
gnū. latios aūt habuiſſe nō cōperi. Preclara idcirco frāco
rū geſta ītra nos iacent. ⁊ ȷ̄s finibus coercent̄ ad quos tā-
tū ſe ꝓtendit francus ſermo. Ipſi tn̄ reges / ⁊ gens ip̄a frā
corū cū de re militari: tū de xp̄iana republica tam bene me
rita eſt: vt q̄ꝺ poſt xp̄i apoſtolos amplitudinis habet id ad



francos reges nō iniuria referri poſſit. Quo magis mirū
eſſe debꝫ: neminē ex gallicis ſcriptoribꝰ excitari potuiſſe:
qui vel p̄miȷ̄ expectatiōe / vel glorie cupidine in aīm indu-
xerit ſcribere cū aliqua maieſtate ſue gentis memoratu di
gna facinora. vt ad eas terras glorioſum ſcriptoris nomē
latina dictio ꝓferret: quo magna virtute maiorū ſuorū ar-
ma penetrarūt. Ceterū neſcio quis error pene in morez in
oleuit: eos contēnere qui eloquētie ſtuderēt. Hinc illa bar
baries. hinc rebus frācis caligo offuſa eſt. vt rarus eas ꝑe
grinus pernoſcere poſſit. Quāobrem nūc tandem deceret
ſcrutari latebras oīs huius regni ſi forte quiſpiam latine
ſciens / ad id negociȷ̄ extrudi atqꝫ impelli poſſet. Atq̄ꝫ diffi
cillimū erit res caliginoſas et penitus iacentes / quibus ſci
licet nullus honor latinus habitꝰ eſt / eruere. tergere. ⁊ di-
gna venuſtate reddere ſplendidas. At exordienduz eſt. et
patefaciendus aditus poſteritati / quatenus vel quod imi
tet̄ habeat: vel quod erit ruditatis limet et abſtergat. Nō
eñi autores qui res romanas initio ſcripſere Cato. fabius
pictor. aut Piſo amplitudine ſcribendi oīno cōmendantur
Quippe qui rem ipſam nude atqꝫ peranguſte tradiderunt
Poſtremus fere titus liuius ꝓpter veterū errata cautior
⁊ ideo eruditior factus purgatiſſime copioſiſſimeqꝫ pre ce
teris ſcripſit. Age ergo vir magnifice regiā celſitudinē ex
cita: delectū hoīm habeat / quorū ſagaciter odoret̄ īgenia.
⁊ quē vel experientia vel ſapientū ſententȷ̄s tam ſublimi-
bus rebus ſufficere iudicabit / eū reiectis ſuſurronibus ad
ſciſcat. Huic vni mandet geſtorū memoriā erudita ſcripti
one facere ſempiternā. Nec eum tardet̄ quod a pleriſq̄ꝫ ſe-
gniter afferri ſolet: deū cognitorē eſſe meritoꝝ / qui nō pre
dicatōe laudis p̄mia cōſtituit bene certantibꝰ. Sed magis
moueat q̄ laudata virtus inſtar ſementis exuberat. ⁊ aliȷ̄s
in exemplū ꝓpoſita ſui ſimiles reddit. Dignū tua ſapiētia
feceris: ſi te autore res a frācis ꝓpagate ornatū quendam
⁊ ſplendorē orationis tandem acceperint. ita maxime ſum
amore patrie laudis affectus: vt me perpudeat ſepe / am-
pliſſima ipſius facta recte ſcriptionis īcuria obſcurari: que
vel celo vel diȷ̄s immortalibus equari eleganti dictiōe po-
tuerunt. Uale. Ex Lutecia Pariſiorum. Pridie nonarum
Nouembrium.

¶ Robertꝰ.g. Carolo ſacco theologo doctori.S.

Um verſiculos meos tibi cõmunes feci: ſcis
qua lege eos accepiſti. Nemo illos ꝑter vnuz
quẽ noſti ad id tempus attigerat. Tu aũt mo
mẽto ſic in lucẽ emiſiſti: vt poſtridie in omniũ
buccis perſonarẽt. Si bilem liceret in iram la
xare: optima tibi amice cauſa ſuccenſerẽ: qui date fidei nõ
recordatus / in tẽpus tacenda male vulgaſti. Quo tuo re
uera ĩmaturo facto cõmiſiſti: vt ad credẽdũ alteri poſthac
cogitationes meas ſim tardior. Uale Ex maturinis pari
ſienſibus feſtinanter Kal. februarij.

¶ Robertus gaguinus in ꝑſona Ambroſii cãbraii
Nicolao tyllardo regio ſecretario Salutem.

T ſi ſummã ex litteris ſoles cape voluptatez:
tibi tñ multiplicibus curis impedito ſcio nõ ſa
tis eẽ quietis vt ad illas quantũ cupis aĩm ac
cõmodes. Te enim cũ interdũ priuata / tũ ma
xime regis ⁊ regni negocia cureꝗ continẽter
prepediũt. Quo fit vt amor ille tuus quem ad ſacras lecti
ones geris: externis rebus remoratus elangueat. ⁊ legen
dis plixis voluminibus ꝑ te non ſatis ſis. Qobrem cũ tuũ
legitimũ ardorem ad xp̃ianam religionẽ ⁊ res diuinas cõ
ſidero: ſtatui aliquid tua pietate dignũ tibi dono dare. qd
neꝗ ꝓpter curie tumultus faſtidires: neꝗ a gerendis re-
bus tuã diligentiã retardaret. Quale ꝓfecto eſt quod de
diuo hieronymo tuo nũc honori dicatũ offerimus. Ea eni
re ĩ noſtris codicillis magis breue: ſz nec vtile magis qcꝗ
inuenimus. Itaꝗ ſiue pietatẽ inprimis colas: hic dei ⁊ mã
datorꝝ eius plena ſunt oĩa. ſiue mirabiliũ rerum miraculo
ꝑmoueris: obſtupenda ſunt que viuens mortuuſꝗ opera-
tus eſt hieronymus. ſiue ex ſuperis quẽpiam ãteponis: ex
omnibus (quod cũ venia ſanctorꝝ oĩm dixerim) certiorẽ vi
te ducem nullũ comperies. Queris in ſeclo vite puritatẽ?
quid hieronymi ĩtegritate cãdidius? vis litterarꝝ peritiã?
Quem nõ dicam pꝛborum / ſz noſtre religionis ſapientiſſi-
morum doctorũ aut non exupauit: aut non adequauit hie
ronymus? deſideras nois ⁊ fame ꝓtectorẽ: vis in ꝑiculis



ſubuentorem? nemo oĩno indefenſus repertus eſt q̃ hiero-
nymi patrocinio ſe cõmiſit. Aſſunt (quo rem ipſaz facilius
admittas) in hoc libello teſtes / q̃ et viuentem hieronymũ
q̃ttidiano cõtubernio coluerũt: ⁊ vita iam beatiore felicez
miris viſionibus atꝗ experimentis ſenſerunt adiutorẽ. Bti
eni viri ex hac luce tranſitũ ſcripſit euſebius. De his aure
lius auguſtinus epiſtolã exarauit: quã refellere nemo bo-
nus auſit. Accedit alius nõ minore fide teſtis cyrillus. q̃ di
gnitate põtifex / ſctis etiã moribus cõmendat. Leges igit
ea q̃ de laudatiſſimo doctore tres incõcuſſe fidei hoĩes cõ-
ſcripſere. Hinc inter curiales turbas tuũ aĩm demulcebis.
Hinc ad celeſtia q̃renda feruor tibi religioſus accendetur /
hinc ad fortunas tuas incrementũ accipies. Quod cũ ita
eſſe ꝑuidebis: nichil (oro) ceſſes admirari ⁊ laudare hiero
nymũ. q̃ ſibi magnope deditos deſeruit nũꝗ. Meũ vero in
te aĩm / ⁊ futurũ q̃nlibet voles obſequiũ iucũdus p̃cor acci
pe. Uale in lõgos dies fortunatior. Pariſij. xiij. kal. Junij
M.CCCClxxij.

¶ Robertus gaguinus Georgio hauardo regi
arum ſupplicationũ auditori.S. epl'a.ix.

Itteras tuas clariſſime Georgi de fratris lo-
doici egrotatiõe michi reddidit tabellarius: q̃
et ſi ꝓpter amici lãguorẽ merorẽ pre ſe ferrent
eas tñ tũ virtus / tũ optimi hoĩs henrici mari-
ette diligentia multo iucundiſſimas effecit.
Itaꝗ in medio etiã merore me voluptas cepit / q̃n ex te lit
teras excepiſſem: q̃bus inter nos conflandus amor quidã
eſſe videret. qꝗ tam multa de tua ĩtegritate iãpridem ad
me fama pertulerat: vt tui videndi deſiderio flagrarem.
Nũc optimo quodã ſydere cauſa allata eſt: ꝓpter quã mu-
tua nos caritate diligamus ⁊ ameṁ. In qua licet morem
tibi gerere ſum ꝑatus: vide tñ tibi ne parere merito poſſim
Petis cõferri a me eccleſiam hoĩ aliena forte cõmendatõe
tibi accepto / cuiꝰ in ordine diutiſſime ſpectatos mores lau
das. Gaudeo multipendi a te mee vocatiõis hoĩem: ⁊ qua
lẽ illũ aſſeueras talem eũ eſſe minime diffiteor. qꝗ in iudi
cãdis ſacerdotibꝰ ad populare plerũꝗ iudiciũ ꝯuertimur

Sed eſto. Sit ille ſimplex innocens modeſtus. Ad hos mo
res prudentiã velim atqꝫ cautionem adiungi. Rudis enim
ſimplicitas abſqꝫ prouida aſtucia ſtulticia eſt. illa innocen=
tiam ſeruat. hec vitat fallacias. Quibus etiam virtutibus
ꝛ ſi tuus ioannes redũdaret: ſunt michi alij quoqꝫ familia=
ritate coniuncti: quos non iniuria pretulerim. quos et ad
economiam et ad res diuinas (ſi tibi noti erunt) pluris eſti
mares: Et hi priuſqꝫ ordinis adminiſtrationem recepiſſem
cũ michi ſpectatiſſimi haberent̃. fideqꝫ ꝛ amicitia deuincti:
eos poſthabere foret indignũ. Jam igit̃ cõſidera ſi ad illas
tui ioannis dotes: optima ſtudia / ꝓbitatez / ſanctimoniam
alterius accumulem: tu ne hunc pre illo antepones? Si do=
ctos (vt facis) amas: ruſticũ hoĩez et ſiluis notũ pre littera
to et eodem bene inſtituto non amabis. Tuũ certe eſt ſimi
les tui homĩes diligere. extollere quos noris digniores: q̃
bus cũ pro tua ſapientia poſſis belle conuerſari. qui alios
hortari / docere / caſtigare / mores bñ formare poſſit. Qua
lem ſi domui noſtre que eſt apud tuũ roboretũ preficiã: hũc
q̃ꝫ illũ magis diligito. Michi facile (credo) veniã dabis / q̃
horreriũ illũ non admiſi. q̃ꝫ q̃ꝫ libertatis tue volo: vtrũ mal
lis nobis reſcribere. Nam quem pro tua diſcretõe deliges
eũ tuo rogatu beneficio donabimus. At ſi ruſticũ erudito:
ſi docto preferes ignorantem: exiſtimationi tue plurimum
detractũ iri ſcias. Uale. Ex edibus noſtris apud diuũ ma
turinũ pridie Jd̃ ianuarij. M.cccclxxiiij.

## Ro. g. Guillermo ficheto theologo doctori. x.

Confectis a me pro tua ad pontificem cõmen=
datiõe litteris: habita eſt contio ſtudij vniuer
ſitatis noſtre. vbi cũ expectarem litteras reci
tari: poſt alias multas que eadẽ cauſa expedi=
te ſunt / nulla de te mentio introducta eſt. Mi=
ratus ꝓpterea: rogo confeſtim obuios quã ob rem nulle ti
bi littere decrete eſſent. dicũt rectorem nemini demãdaſſe
curam epl'am cõponendi. idqꝫ ex ſententia preteriſſe: ꝙ tu
orũ aduerſariorũ partes ſequeretur. Interea me conuenit
Carolus ſaccus: orat epiſtolam feſtinanter conficiam. nec
opus fuit longo interceſſu. Erat eni apud me prioris epi=
ſtole exemplũ. Quod receptũ carolus ad rectorez detulit
Eſt equidem Carolus tui amantiſſimus. et derelictum te



fuiſſe querebatur. Litteras ergo expediri diligentiſſime
procurauit. Quarũ tibi formulã mitto: vt intelligas q̃ꝫ ꝓ
penſus ſum gerere tibi morem. Quod tuis detractoribus
moleſtũ eſſe non ignoro. Nam ꝙ te preceptorem appello /
et ſequor me fichetiſtam vocant multi. et quod a me editũ
ſciunt mordent. Sed eorũ latratus facile contẽno. Quip=
pe quorũ queſite maledictis gloriole momento euaneſcũt
Hinc quoſdam ex veteratis tethorculis meas litteras de=
ſpuiſſe crediderim: ne tibi in ea quam diximus contione de
cernerentur. Jd vtcũqꝫ eſt: perſuaſum tibi hereat / eum me
eſſe: qui ſiue in celũ ibis meritis et laude vt dignus es ſub=
limatus: ſiue te exſibilatores et inuidi inde deiecerint: phi
loſophos ſe ꝛ diſertos ementiti: te diligã / amabo / ſequar /
atqꝫ pro virili parte honeſtabo. fac me ames / et meis reb⁹
adſis. Uale. Pariſij pridie kl'. octob.

## Robertus gaguinus Guillermo ficheto. xi.

Litteras tuas in contione noſtra nobis reddi=
tas libenter recitari audiuimus: ea potiſſimũ
ratione ꝙ te a pontifice maximo cumulatũ ho
nore continerent. Gauiſus profecto ſum vehe
menter te ex academie noſtre diſciplinis talez
effectum: cuius preſentia atqꝫ obſequijs pontifex oblecte=
tur. Tibi vero gratie debitor ſum / qui fortunarũ tuarũ et
expectate tibi melioris ſortis me conſcium feciſti. Age igi
tur pro tua in dies virtute conſtantius. et in ea quam tibi
gratiam comparaſti totus perſeuera: ita vt cum tibi abun
de profueris / ſtudeas in alios eſſe beneficus: in alũnos ma
xime pariſieñ. academie que te doctrinis aluit ſuis. Eſt eni
filijs fere deſtituta: proptereaqꝫ eccleſie beneficia ignoran
tiſſimus quiſqꝫ facilius q̃ꝫ eruditus aſſequitur. Uale. Pa=
riſij nonis Februar̃.

## Robertus. g. Georgio hauardo. S. epl'a. xii.

Etſi optimo iure potui cenobiũ nr̃m de robo=
reto cui vellem cõferre: tui tñ cauſa id diſtuli:
dũ te de ꝑficiendo illic rectore te cõſulerẽ. Nã
eũ te eſſe puto q̃ recto ducaris iudicio. Mit=
to igit̃ ad te hoĩez de quo tibi heſterno die ꝑ=

ſcripſi. Cuius ſi honeſtatē penſes: ꝛ ſanctū ad virtutes ꝓ=
poſitū. potiꝰ illū adſciſcas/ ꝗ̄ repellas. Homo nāq; eſt quē
eccl'ie ꝛ fratribus ſpero maxime ꝓfuturū. aptū ad cōcilian
dos ī ſanctiorē vitā aīos cōtumaces. daturūq; operā vt ex
negocioſa domo ꝛ incōpoſita familia/ religioſum ꝛ deo di
catū locū reddat. Nil ergo p̄cor obſiſtas. Nil conere illū ꝑ
pe ydiotā pre hoc ornatiſſimo fratre anteponi. Si eni con=
trafecero a te potiſſimū impulſus: culpā om̄em in te reijciā
neq; dubitauerim tuā inde conſciam grauiter onerari. Va
le. Apud pariſios. viij. kal'. Marcij.

¶ Robertus ga. fratri didaco de tolleto. xiij.

LIttere dilectōis tue venerabilis frater tanto
mihi iucūdiores fuerūt/ quāto cupidior eraʒ
bonū ex caſtella nūciū accipere. Diu eī antea
p̄ſtolabar ſi frat' noſter ꝓuicialis de camargo
de ſuo vel fratrū nr̄oꝝ ſtatu aliqd ſcriberet.
Qui licʒ fuiſſʒ ꝑſepe a nobis de hac re ꝑ l'fas admonitꝰ: ita
nichilominus obſorduit: vt ſurdi fores pulſaſſe videamur.
Nā totis quattuor ſupioribus ānis vnā tantū ab eo ep'lam
ſuſcepimus. in qua non de nr̄is fratribꝰ (qd maxime ſpera=
bamꝰ) ſed de ſe/ de frequēti ſua ad mauros ꝓfectiōe/ de edi
ficijs ꝛ ſuis laudibus multa ꝑſcripſit. Verū qa nature debi
tū ſoluit q̄relis aduerſus illū nō agā. Nūc ꝓuicie tue gra=
tulor/ cui p̄fectū te eſſe fratres cupiūt. Nichil magis vnq;
optaui ꝗ̄ hoiem habere litteris eruditū/ moribus integrū
cui vices nr̄as crederemus. q vt ſcribit ad titū paulus diſ=
ſipare ꝛ euellere/ ſeminare ꝛ plantare ſciret/ qualeʒ te eſſe
p̄dicāt multi. Propterea te frater hortamur: ꝑ ſaluatorem
xp̄m memor eſto primū ſancte vnionis ꝛ pacis. Cura dein
de: vt q in tua ꝓuicia ſunt fratres recte ambulent ī ſemitis
iuſtis. Te nāq; et illos ſūma caritate amplectimur. ideo q̄=
cūq; ad cōfirmationē tuā ꝛ ad domꝰ tolletane neceſſitates
ꝑtinere viſa ſunt ea oīa facillime admiſimus. Admone cō=
fratres noſtros vnanimiter obedientes eſſe. nichil moliri
quod caritatis vinculū diſſoluat. Nam eorū que ad officiū
vigilantiſſimi paſtoris ſpectabunt nichil p̄termittā: ſi intel
lexero illos nichil diſſenſionis machinari. Et ſi aliqñ illuxe
rit (vt optamus) dies ſecure tranquillitatis: nō moleſtum



erit nobis tranſmittere pyreneū: vt inſpiciamus per caſtel
lam vultū pecoris noſtri/ cuius vt cuſtos ſis diligentiſſi=
mus cupimus vehementer. De fratre vero andrea curam
ſollicite habeas. qui tam crebro ad me querelas ſuas mit=
tit: vt eius me miſereat/ qm̄ beneficio ſpoliatus mendicare
cōpellitur. Quare velim miniſtrationē euellarenſem agri
ſegouieñ. per te illi conferri. que nunc miniſtro libera eſt.
Nam rodericū doctorem iuſſimus tolletū petere et preſſe
cenobio. Cetera que ad tui prouincialatus ſollicitudinem
pertinent tue prouidentie relinquimus. Tu opus fac euan
geliſte. miniſteriū tuū imple. Vale. Apud maturinos no=
ſtros. xv. kal'. maij.

¶ Robertus ga. Petro burio. S. ep'la. xiiij.

NIchil habens in promptu quod ad te ſcribe=
rem palaciū forte ingreſſus aureum equitem
carolū gallicurtū in atrio conſpexi: quem lon
ge antea michi non viſum ſalutatione ſum ve
neratus. Qui mox inter loquendū An ne in=
quit vidiſti que de burgūdionis interitu meus petrus ſcri
pſit? Id cū negaſſem. at inquit carmina tibi mittam: adeo
terſa politaq; vt phebi carminibus inferiora non ſint. Et ſi
mul recitare cepit verſuum tuorū caput huiuſmodi. Quis
furor in ſueuos. Admirantem deinde me et interrogantez
ſi carminis huius autor eſſes: nō bono aīo tulit. Offenſus
enī verbo: cur ait non eſſet? quaſi vero illū tam compte ſcri
bere negas. imo vero inquā longe compoſitius luſurū ho=
minem ſcio cuius ego artis et doctrine periculū feci. Neq;
inquit hoim quiſpiam eſt qui rem ipſam breuius ſuauiuſq;
conditā reddat. Adiecitq; confeſtim probamentū a theo=
logis tribus quos tue laudis teſtes noīauit. Cepi nimiruʒ
voluptatem ob eſtimationem quam de te audiebam bonā
Nec cauſam dixi ꝗ̄obrem nō facile adducebar hoc ex tua
officina prodiſſe. ne laudatorem ipm̄ exaſperare: aut tuis
operibus que ſemper ſum honore proſecutus viderer affer
re calūniam. Eſt proculdubio elegans et plenū ornamen=
ti carmen. Sed nunc tibi patefaciam rationem cur id tuuʒ
eſſe non rebar. Itaq; paucis ante diebus verſus ipſos ex
rothomago ad me demiſſos acceperam/ neſcius cuius eſſʒ

Nam inſcriptione nulla erant prenotati. Vellem petre ſue
uos pro heluecijs non dixiſſes. qui ſueui non gallie populi
ſunt. nec aduerſum burgundos bella geſſerunt. transrhe=
nani enim ſunt. heluecij autem rheni accole ad galliam per
tinent/qui lothoringis ſuppetias ferentes exercitum fu=
derunt burgundorum eorum duce necato. Quare vero ita
ſcribis ſi me doceas gratum michi feceris. Vale mea ſcri=
ptione non irritatus. Ex edibus noſtris apud maturinos
pariſien̄. kal. iunij.

## Robertus gaguinus Lodoico xan= tonen̄. epiſcopo. S. epl'a. xv.

Niſi te ſcirem rebus plenis ingenij plurimum
delectari: non mitterem ad tuum conuiuium
nouam que tamen tempori congruit faceciā
Nam quia raro conuiuiū agitas cui non aſſit
de philoſophia et litteris grauis aliqua que=
ſtio (ſic enim totum hominem paſcis vt non modo ciborū
diuerſitate ſed doctrinis q̄ refectus abſcedat) non aſper=
naberis tuis ferculis interponi id quod de celo diuinitus
miſſum recte exiſtimari poſſit. Heri cum vicini aliquot ve
ſpertine potionis cauſa conueniſſem9: vnuſq; atq; alter de
ijs que recentius acceperat aliquid proferre niteretur: frā
ciſcus ferrebocus pontificius ſcriba Notum inquit vobis
eſt quid Carolus nuper burgundionū princeps de regno
inter ſuos ſtatuendo ſit conatus. Nam et iudices et ſena=
tum apud macliniam brabantinorū oppidū inſtituit. quē
ad emulationem franci parlamenti parlamentum appella
uit: quaſi ſcilicet francorū legibus minime obnoxius eſſē.
In huius parlamenti primordijs cum diuerſi diuerſa au=
gurarentur: vnus non ignarus quid periculi palam emiſſa
veritas afferre ſolet: curiam nouelle inſtitutionis clam in=
greſſus: cum ſolus eſſet lorice ferree ſimulachrū multis lo=
cis vel carbone vel creta appinxit. preq; lorica eminenti=
bus litteris ſcripſit Non. Nūc vero inquit franciſcus quid
ipſius lorice effigies: quid negatio illa triū litterarū ſignet
vos qui adeſtis conſiderate. Cepimus quidem admirari
omnes neq; ſuſpicari aliter poteramus q̄ huius rei auto=



rem aliquid diuinitus predicere voluiſſe: ingenioq; ſubli=
mi et peruidenti eſſe. Cum circa rei obſcuritatem pende=
remus: Non patiar inquit vos diutius querendo fatiga=
ri: ſed quemadmoduꝫ accepi ita intelligentiam enigmatis
reſerabo. Cum poſtridie depicte lorice apud iudices ma=
cliniensis ſenat9 de ambiguitate picture quereretur/vnus
forte france lingue gnarus/francus inquit eſt huius enig=
matis autor/et q̄tum ingenio coniector huius noſtri pre=
torij recentem originem ridet. breuiq; deſituram eſſe diui=
nat. Enimuero ſi loricam france interpretabimur: durum ha
bitum ſignat. id eſt vt vulgus loquitur dur habit. Que lati
ne accepta non durabit ſignificant. Vaticinatur ergo ridi
culus et facetus autor fore prope diem tempus/ cum hec
maclinienſis maieſtas interibit. Cum rem ambiguam tan
dem patefactam cognouimus: laudauimus vatis nō men=
dacem prophetiam. Tu ſi ineptiam dices neſcio. Non ſum
neſcius veteres romanos ſimilia multa ad preſenſionem
futurorum ſcripto tradidiſſe/que longe minora ſunt: ſi ac=
curatiore ſtilo orationis hoc eſſet exaratum. Sed depra=
uat interdum rem bonam oratio non bona. Satis mihi eſt
rem homini gallico narraſſe: ita vt non obſcura videatur.
et tuis menſis aſſidere poſſit. Vale. Ex diui Maturini ce=
nobio Apud pariſios. xvi. kal. april.

## Robertus gaguinus Joanni portugallie regi illuſtriſſimo. S. epl'a. xvi.

Ego omnibus in rebus quas in rem tuam eſſe
coniector maieſtatem tuam ita obſeruare cō
ſtitui: vt vel neceſſarijs ordinis mei rebus
nollim te inconſulto prouidere. Certo enim
ſcio ſummam erga te regis noſtri beniuolen=
tiā eſſe. et eam que tibi ſecum ſocietas atq; ſanctiſſima ami
citia ſemel inita eſt/ita officioſe colere: vt om̄s in tuū obſe
quiū ſtudioſiſſimos nos eſſe velit. Reuertenti ꝓpterea ex
alemania cū nudiuſquartus michi occurriſſent mei ordiniſ
caſtellani fratres qui ꝓuincialem ſuū mortem obijſſe nūcia
rent: ſeq; aliū in demortui locum elegiſſe / quem a me con=
firmari poſtulabant: expedire petita diſtuli/donec de his

certioꝛ a me facta eſſet tua celſitudo. Sicut enī tuis cōmodis maxīe inſeruire deſidero / ita tuis foꝛtunis aliquo meo facto incōmodus eſſe nollim: q̄ꝙ ab homine qui in prouincialem electus eſt et ad quadriēnium confirmandus nichil detrimenti tuis rebus inuehi poteſt. Eſt enī vir integritate / litteratura / fide et religione ſpectatus: et vt prudentez credas etate grauis. et qui pacis q̄ armoꝛū ſit mea ſententia cupidioꝛ. Si quid igitur ex hac rē tibi acereſcere aut detrahi tua maieſtas iudicabit: id oꝛo michi ſignifices / vt ſemel a tua ſapientia admonitus quid rectum facere debeo intelligam. Feliciter vale. Apud maturinos pariſioꝛum xiiij. kal. Septemb.

## Robertus gaguinus Carolo ſacco theologo doctoꝛi. S. epl̄a. xvii.

Codicem geſtoꝛū Caroli regis qui magni nomen ingentibus factis ꝓmeruit legi diligenter. In quo permulta ſunt que ab hyſtoꝛicis longe diſcrepant. De quibus iudicium concoꝛdiāq; facere / nō eſt triduani operis laboꝛ Preterea ſic in eo confuſe omnia aceruata ſunt: vt tam et ſi ad oꝛdinem reuocari poſſint: oꝛatione tamen pꝛo rerum magnitudine illuſtrari vno vel altero die nequeunt. Nam ꝙ is de quo ſcribere me mones imperatoꝛ regibus francorum facile antecellit: ꝙq; ad poſteros traſmittenda eſt oꝛatio que a clero inter diuina officia recitetur. Ingloꝛiū erit autoꝛi texere flaccide diui hominis geſta. quibus nunc fidem detrahit male digeſta narratio. Age igitur mi carole excute tibi hanc curam: aut paululū differ: donec plus aſſit nobis ocij ad id exhibendum quod poſcis. Interim forte euaneſcet dies illa ſolēnis: quam vt viro ſancto rex lodoicus dicatam et quotānis celebꝛem eſſe imperauit. Vale. Apud maturinos pariſioꝝ pꝛidie kal. Septemb. M. cccc. octuageſimoſecūdo.

## Robertus gaguinus Carolo ſacco theologo doctoꝛi. S. epl̄a. xviii.



Como aberam / cū apꝛi bonam partem heſterna die nobis miſiſti: memoꝛiale tue erga nos carole benignitatis. Itaq; non excedere aīo tuo recoꝛdationem mei habeo gratiam. niſi contendis foꝛte nos a te ſuperatū iri beneficijs / et noſtram in te amicitiam certas penſitare muneribus. Verū ſiue te ſublimem eminentioꝛ foꝛtuna vehat: ſiue contra (quod nollit deus) peſſundabit: egre tolerauerim: beniuolentia / amoꝛe / charitate eſſe me tui diſſimilem Quare non de nemea ſilua herculeum apꝛum / aut de dodona mellitas iuglandes: ſed quod in helicone muſas nobis viſentibus carmen ſubitus ludouici raguieri obitus incuſſit ad te dono mittimus: pꝛioꝛi quidem tuo muneri non par / charitate vero et gratia nichil inferius. Vale. Ex ſuburbano noſtro apud ſanctū Germanū. xvij. kal. decemb.

## Ro. g. Guillermo ficheto doctoꝛi theologo. xix.

Nouiſſimas litteras tuas Carolus ſaccus amicus noſter ad me tulit ab alio neſcio quo ſuſceptas. Quas vbi ſeoꝛſum legi: eas quoq; feci cōmunes. Letati admodū ſumus felicibus tuis ſucceſſibus. nō tam pꝛofecto ꝓpter euictas aduerſarioꝛū lites / q̄ ꝓpter nomen quod apud pontificez et ſacri collegij patres obtines gloꝛioſum. Nam rerum copia tibi deeſſe non poteſt virtute et fama illuſtri. Quippe tui minoꝛis ſemper fuit rerū iſta fugaciū moles / q̄ litterarum amoꝛ / q̄ virtus: q̄ amicoꝛum dulciſſima conſuetudo. Perges igitur memoꝛ Naſoniani conſilij libꝛo de faſtis. Dum licet et ſpirant flamina: nauis eat. Nō deſunt ex amicis tuis pariſianis / qui te dilectuz laudibus tollant. et maioꝛem in dies futurū vaticinantur. Inter quos non de poſtremo loco contendit Amatus gombertus homo in ſenatu parlamenti conſularis. Quem heſterna cena cū petri vauſellenſis piam memoꝛiā rettuliſſet: de te quoq; et tuis egregijs ſtudijs animo ſane vt videre videbar amiciſſimo narrantem libenter audiebamus. Nam cauſam dedit cur ad te nunc ſcribimus / ꝙ hoiem romam mox diſceſſurū haberet. Si ad eū litteras aliquando dabis: recte facies. tum ꝙ te amat. tum ꝙ ſcrupulum illi ſuſtuleris oblite pꝛiſtine in

uicem familiaritatis. Sed de te hactenus. De me ſcribam. Queſiui ſollicite quas optimus ille pater datarius petebat concordantias. nec pretermitto querere. vt inuentas demittam optanti. Nuſqꝫ crede pariſij venales habentur. Qua de re certum facere illum mens erat: ſi nos mõtanus frequens ille romipeta egreſſum ſuum non celaſſet. Reuerendum igitur patrem admonebis nichil in nobis fuiſſe ſocordie/quo minus voti potiretur. Ad pontificem tuas habitas orationes niſi ad nos demittes: fruſtra te deinceps excuſabis. ſurripi tibi ociũ fruſtra cauſaberis. Addas preterea beſſarionis aduerſus platonis calũniatorem defenſorium. quod opus vehementer propter autoris ſummam doctrinam atqꝫ auctoritatem concupiſco. fac amabo mi fichete id ex te non incaſſum petam. Et eius loco orationes tullij quas tecum extuliſti meas habe. Vale Pariſij tertio idus octob.

¶ Robertus gaguinus Miloni dillerio epiſcopo Carnoteñ. S. epl̃a.xx.

Verſiculos quibus Campanam quam ornare inſtituiſti tue dignationi vtcũqꝫ a me confectos mitto. non ſatis quidem certus ſi nichil pretermiſi eorum que inſcribi volueras. Rez enim in ſumma tantũ atqꝫ feſtinanter narraſti. Quare ſi reliqui quicqꝫ erit quod appoſitũ velis: id ſignificatũ pro virili parte abſoluã. Non ꝙ carminũ peritiam profiteor: ſed quia noſtris te verſiculis oblectari frequenter predicas. Vale. Ex edibus noſtris apd̃ diuũ maturinũ Pariſieñ. ix. kal̃. ianuar̃.

Carmen

Campana loquitur.

Me ſacer antiſtes vt ſignem tempora milo
Flauit. ago lites. prandia. concubium.
Preſulis egreſſum cunctis prenuncia ſigno.
Sic ego milonem ſepius icta canam.

¶ Gaguinus ficheto. S. epl̃a.xxi.



Poſtremas litteras noſtras tibi minime redditas fuiſſe accepi. Qd ideo eueniſſe puto/ quia nullã tabellario pecuniã prebuerim. Significabã tibi qd de cõcordantijs patri datario cõparandis compertũ haberem. quidqꝫ te vellẽ de beſſarionis opere in platonis defenſionem. Cõcordantias itaqꝫ in hanc diem nullas oĩno inueni. niſi ꝙ paſcaſius bibliopola hodie nobis ꝓcioſiſſimas vnas ſcire ſe venales dixit. ſed dñm abeſſe, eaſqꝫ liceri aureis centũ. Reuerſum conueniã venditorem. et librũ ſcrutabor. Si talis erit qualem eũ facit librarius: patri optimo referemus. De beſſarione te quidem orabã: michi demitti platonice defenſionis a beſſarione lucubratũ opus. id fore michi pro ciceronianis noſtris orõnibus quas hinc abiens tibi peculiares feciſti. His ſi adiũctas quas in contiõe patrũ orões habuiſti tranſmittes futuras cões amicis tuis: ſuggeres memorie nois tui honorem ſempiternũ. Miro prorſus modo ĩſidet animis pariſiorum amor tui: ꝙ eloquentie facem tenebris gallice orõnis attuleris. Ea res te ꝓxime deos vehit/ ĩmortalitatem tandem (ſi ſcriptorũ tuorũ frequentia nos fouebis) paritura. Non erunt igitur tibi pluris oĩm quas roma dignitates ⁊ pompas pollicetur: ꝙꝫ diligens ſcrutiniũ litterarũ et eloquendi artes. per quas ⁊ tibi nomen/ ⁊ tuis imitatoribus iucũditatem cõparaſti. Progrederer vltra ſcribendo/ſi te putarem benignũ lectorem fore mearũ ſcriptionũ. Non ſilerem plurimas cõcertationes phoꝝ ⁊ doctorũ noſtroꝝ/quas alij ridiculas prorſus/alij fere gladiatorias in noialiũ ⁊ realiũ (ſic eos appellant) hereſibus id eſt ſectis ſuſcitarũt. Res aũt eo deducta eſt: vt noialibus/veluti elephãcie pruritu peſtilentibus edictũ ſit exiliũ. Quorũ celebriores libros/ q̊s ⁊ bibliothecis pontificũ ĩterdicto diſtrahi nephas erat ferro ⁊ clauis tanqꝫ cõpedibus/ne ĩtro ſpectet᷑ vinctos eſſe iuſſit rex ludouicꝰ. Putares miſellos codices arrepticia quadã freneſi/ ⁊ demonio furore ne viſentes ĩpetant eſſe ligatos. Sic ĩdomitos leones ⁊ beluas vinclis cohibemꝰ ⁊ carcere. Realibꝰ. i. ſcoticis atqꝫ aquinatibꝰ tm̃ ſuus eſt honos ⁊ libertas. ꝙꝫ obſtrepant ſemper inter ſe et rixent᷑. Carolus ſaccus equalis tuus te ſalutat. Vrbi autem pariſiorũ peſtilentia minat᷑. Vale. v. kal̃. marcias.

¶ Ro.ga. Carolo gallicurto eq̃ti aurato. S. xxii.

Liniamenta picturarum et imaginũ rationes quas libris de ciuitate dei ꝓpingēdas iuſſiſti/ a nobis accepit egregius pictor Franciſcus/ eaſqꝫ vt ceperat perpolitiſſime abſoluit. Is enĩ eſt pingendi tam conſumatus artifex: vt illi iure ceſſerit apelles. Juſtinum preterea om̄em iamdiu compleuimus. Quem ſi natalis tuus ad vmbilicũ perduxit non ſatis ſcio. Adoleſcens in aliud forte raptus labori parcit/ et tibi minime eſt obſecutus. Res autem tuas bene diſponi omnes ipſe deſidero. quas audio meliores in dies fieri. quas vt benigna et arridens tibi fortuna leuat et auget: ita perpetuo foueat velim. Jtaqꝫ non male eſſe rebus publicis ſperamus donec tuis dirigentur conſilijs et virtute. Nam preter tuũ ad litteras ſempiternũ amorem/ probitatem quoqꝫ et tuam conſtantiam noui. Quare perge. ⁊ deo in primis rationiqꝫ obtempera. Tibi comes aſſit iuſticia. quam nullus releget metus. nulla ira obnubilet. nulla inflectat cupiditas. Tibi bene eſt. filio preterea tuo bene ceſſit quem ambianorũ pontificatu illuſtratũ habes. Jtaqꝫ tuis fortunis congratulor. Unum te oro. familiaribus me annumera tuis. impera que facta a me voles. audiam ⁊ parebo. Uale generoſiſſime vir. Pariſij. xiiij. kal. ſeptemb.

¶ Lodoico xantonũ antiſtiti. ep̃la. xxiii.

Queſiſti ſancte p̄ſul (ſi verus ad me nuncius acceſſit) ea ne craſſitudine eſſem: quanta erã cũ hinc xantonas ꝯcederes. Q̃qꝫ eſt hoc ferme peculiare bene nũmoſis p̄ſulibus ⁊ monachis obeſis eſſe ceruicibus ⁊ ventre ⁊ rubentibus genis ꝓfluentibuſqꝫ palpebris vinũ ſtillare: de meo tñ aĩo qb⁹ forte artib⁹ ſeſe paraſſꝫ mallẽ rogaſſes. Jlla ei delicati vicia ſunt epulonis/ in q̃ nunq̃ fui ꝓpēſior. Sꝫ (vt paulo iocemur) ſi vis certem⁹ exauriēdis calicib⁹: domi mee ꝓ tuo optatu dicet̃ tibi dies. Tecũqꝫ adeꝛ̃t ſelecti vel ex lr̃ario ordine viri q̊s ſectaris: vel ex grege bibionũ voraciſſimi mãducones. q̊ꝝ nec mores nec ꝯtubernia me oblectãt. Sꝫ ĩterim dũ delectũ facies: nr̃i ſtudij carmen habe/ grati⁹ vt arbitror futuꝝ tue p̄ſtãtie/ q̃ꝫ milliũ cauponũ ĩduſtria. Uale.



Si me preſul amas: ſi vis perſtare beatum:
Me vatem appelles lepidiore ioco.
Inuidioſa nimis geritur res. Eſt prope dignum
Compede/ muſarum conſenuiſſe foro.
Mox aderit quiſqꝫ multum cerebroſus et audax
Scotides argutus/ plus muliere dicax/
Hem ſcelus: hic preter ſacrorum iura/ poeſes
Deuocat ex nyſa. numina priſca colit.
Cedat. et immundo non fedet pulpita cantu:
Quo potuit cyrce fallere corda dolo.
Sic bachatur iners ſibi prudens turba cleantum:
Sic lippa eſt. rutilo ſydere leſa furit.
Ergo michi et muſis que poſſum forte canenti
Nominis et tytuli nil precor addideris.

¶ Robertus gaguinus Guillermo ficheto Sixti. iiii. pontificis penitentiario. xxiiii.

Sepe arbitratus ſum parui me a te fieri: q̃ bienio fere toto nichil ad me ſcripſeris. Et tarditas ipſa tua vicio verti non abs re potuiſſet. Sed male te valitudinis fuiſſe ⁊ dies multos egrotaſſe roerius aſſeruit. Inde ſuſpicio neglecte amicitie in dolorem michi et miſericordiã verſa eſt. Auctũqꝫ eſt deſideriũ audiẽdi nũcij tue ſi qua eſt curatiõis Nã ꝙ ex vrbe diſceſſiſſe põtificem ⁊ viterbij eſſe: teqꝫ locis ſaltuoſis ꝓpt̃ loci breuitatẽ reſciuerã: timui ſaluti tue: cui facile cõſulere nõ poterat opa medicorũ. Age ḡ mi fichete cura firmiſſime vt valeas: ⁊ rebus temet ſeruato ſecũdis. Noſqꝫ (ſi qua tui te coridonis hꝫ cura) de tuo fac nos q̃cũqꝫ eſt ſtatu nõ dubios. Te aũt optime valere faciat deus optimus maximus. Ex ceruo frigido ꝓdie nonas iullias.

¶ Robertus ga. fratri Joãni Benatoni. xxv.

Q̃ꝝ binis tuis frater lr̃is nõ reſpõdi: non ſcribendi torpore factũ eſt aut ꝙ ſcribã iuitus. Tabellari⁹ in cauſa eſt q̃ mihi rarus occurrit. Qui ſi affuiſſet: ego te in prõptu monuiſſeꝫ ſagaciter olfacere tendiculas verſuti hoĩs cui pecuniã credidiſti. Q̃ꝫ q̃ꝫ poteras meminiſſe blandiciarũ atqꝫ inſidiarũ eius quẽ ab incunabulis fraus ⁊ dolus comitant̃. Aliter ſa

pias poſthac frater hortoꝛ/falſus ſemel atq̃ circūuentus: ne ſcđo in furē exclames/ꝛ ſcriptōꝛe tua īſultes/q̃admodū pōꝛib⁹ tuis lr̃is feciſti. Ego equidē nō ꝟbis neq̃ obiurgatiōib⁹ ſꝫ digna ſuis factis aīaduerſiōe cū iſtac belua agam ita vt ſentiat tandē nō me pecudē eſſe vel ſtatuā. Tu ꝟo nichilifacias q̄ iſti detractores āgulati ſublatrāt. ꝛ ſtudiū adhibe canonicis legib⁹ ꝑdiſcēdis: q̄ vna re te humo extollas foꝛtūas augeas tuas ꝛ decoꝛē ꝯſeq̄ris oꝛdini nr̃o ꝓfuturū Uale. Ex domo nr̃a diui Maturini ꝑiſieñ. iiij. noñ. iunias.

¶ Rob. ga. Lodoico xantonū epō. S. xxvi.

Cum eſſet paulo ſupꝛa hos dies eccl'ia noſtra (vt ipſe noſti) ſqualidioꝛ/ꝛ ligneis ſacellis īpedita: ita eā curaui: vt diuine alicuius edis ꝛ tēpli decorem acceperit. Et relliquias defūctoꝛū q̄ ſine vllo honoꝛe iacebāt collectas ſublime repoſui ad īteriorem tēpli aditū vt eſſent monumento viatoꝛibus ad piā recoꝛdationem eoꝛū qui doꝛmiunt in xp̄o. Que licet ſuo ſatis obiectu ꝯmonefacere humane fragilitatis nos poſſint: adieci tñ facile admodū carmen/cuius lectio tanq̃ quedā viua vox lectoꝛē excitaret ſue ībecillitatis reminiſci. Et hoc quidē qꝛ erat ad latinitatis conſcios exaratū/venit heſterno die in mentē traducere verſiculos: ꝛ gallicos eos reddere. vt gallo pariter et latino cōis eſſet noſtra monitio. Tentaui ergo inſtitutū meū exequi ꝛ verbū quoad potui ex verbo ducere in rithmū ꝛ linguā vernaculā. breue quidē opus/ſed ꝓpter coartatā oꝛōnem oīo non facile. nec tñ ita ad vnguem ductū/vt illud vulgo credere audeā: niſi tuo pꝛius examine caſtiget̃. Tuū ergo tribunal ꝛ diligentem cenſurā appello feras oꝛo iudiciū vter vtri p̄ſtet rithm⁹ an verſus. an qđ latine dixerā id ſim gallice conſecutus. Uale. Ex cenobiolo noſtro. vij. kal'. Maij.

¶ Robertus ga. Nicholao diui Cornelii Compendien̄ abbati. S. ep'la. xxvii.

Nullus adhuc mihi dies poſtq̃ a nobis digreſſus es illuxit/ī quo cōmode (licet maxime cupio) abire poſſem. Nam quadrageſimā totā dū inaniter expecto: non eſt reuerſus oꝛdinis mei frater quem ī ꝓuinciā narbonenſem lega-



ueram. Et cū firmaſſem aīo/vno aut altero die hinc demigrare: aggreſſus eſt me inſperato curie pariſieñ. cancellarius id eſt ſigillifer legatus a pꝛeſule qui me nouo laqueo impediuit. Oꝛauit eni pontificis noīe recipere pꝛedicationis munus in ea ſynodo que futura eſt. xvij. kal'. maij. rem pꝛofecto michi iniucūdam. Quippe que cū magna ſit/non ſum itē ſuetus ꝯtionibus declamare. Sed reluctantem me cū meus pudoꝛ tum pontificis reuerentia vt gererem moꝛem perſuaſit. itaq̃ iugū accepi: quo ſolo nunc pꝛepeditus inter pariſianas nugas adhuc verſoꝛ. Sed non citius (michi crede) has pedicas exuero q̄n poſtridie abeam. Itaq̃ nichil eſt michi hoc tp̄e magis odioſum q̃ vrbs. q̃ cenitationes delicatiſſime. et quod mireris: q̃ bibliotheca noſtra cuius piget libellos et volumina circūſpicere/tanq̃ illos faſtidiam. Quoꝛū reconciliari michi familiaritatē ſpero: ſi dies aliquot rure habitem. et tua fuero conſuetudine recreatus. Pꝛius tñ q̃ te viſam concio michi habenda eſt paucorum miniſtroꝛū oꝛdinis mei qui apud ceruūfrigidum. vij. idus Maij conuenturi ſunt. Uale. Ex lutecia pariſioꝛum. iij. kal'. apꝛil'.

¶ Ro. ga. fratri Joāni benatoni. S. xxviii.

Audio te frater/diligent̃ apud. A. cambrayū agere/et quaſi illuc vrgere de litteris regijs expediendis. Diligentiā tuam non repꝛehēdo. ſed te admoneo tantū/aīaduertere q̃ cōtumax eſt hoīm conditio dū coguntur. Spōte etenim ſua currentes equos non calce: ſed habenarū interdum laxitate magis concitamus. Ille dum hic eſſet: litteras nobis decēnes impetraſſe dixit/oīaq̃ expedire pollicitus eſt. permittendus eſt ſuo iudicio. Deſine ſupꝛa illos annos decem quicq̃ exigere: ne dum nimis cupis nichil cōſequare. Supꝛa ſatis illud decēnium: ſatis erit (ſi illud non poſſumus) biēnium. Nam īterea foꝛtuna aliquid feret/qđ non ſperemus. Uale. Pariſij kal'. Julij.

¶ Roberti gaguini cum bacalariorum examen in collegio doctorum iuris pōtificii ingrederetur. oro. ii.

CUm ego hodie poſt nocturnā quietez (vt fit)
purgata mente voluerē prudentiſſimi docto=
res: quas res verſare ⁊ ſuſtinere decanum ve
ſtrum oporteat: cepi maxime intelligere verū
eſſe qđ ab eccleſiaſte rege oīm ſapiētiſſimo di
ctū eſt. Cūctas res difficiles eſſe. nec ſermone poſſe facile
cōprehendi. Itaqꝫ ſordide artes q̄ paruo labore diſcunt̄ ſi
in exercitationem deſcendunt: anxietatē habent. Ee vero
quas cū animi voluptate diſciplinas cōparamus nō carēt
moleſtia. Nemo tn̄ fere eſt q̄ priuſqꝫ incipiat ſatis ſecū re=
putet anguſtias ⁊ difficultates operādi. Siue audim⁹ ſiue
intuemur agentes artifices / pro nr̄o illos ingenio atqꝫ do
ctrina iudicamus. Et illū quidē ꝑ induſtriā prōpte ⁊ facile
hūc vero nature beneficio ad aliquā rem vel natū / vel mi=
nime ydoneū arbitramur. Cū aūt ad agendū quiſqꝫ aptiſſi
mus accedit: ſentit oīo difficillimas eſſe ꝑtes actōnis. expꝑi
turqꝫ lōge opoſius eſſe negociū / q̄ꝫ verbū. Quod cū alias
ſepe: nūc ipꝛimis ita michi eueniſſe nō nego. Nā cū ego co
rā intueor fortiſſimos pugiles et bacalarios q̄ ex aduerſo
ſignū pugne expectāt / pars michi timoris incutit̄: ⁊ ita in
cutit̄ vt q̄ꝫuis illos intelligā reuerentia vr̄a / atqꝫ hui⁹ loci
opinione ꝑmoueri: ipſe tn̄ q̄ in aciem p̀mus ſum deſcenſur⁹
ſubuereor mei noīs ⁊ fame facere periculū. Sed qꝛ in ꝓcin
ctu hinc atqꝫ hinc parate iā acies cōſiſtunt: audebo canēte
tuba caſtris egredi ⁊ initiū facere certaminis. Et ſi qua in
pectore ꝑ ībecillitatez formido ſurrepſit: illā expectorabi=
mus. Voſqꝫ ante oīa venerabiles athlete bacalarij admo
nebo conſiderare triplicē eſſe hoīs in terra miliciā. Vnā q̄
virib⁹ corporis / alterā q̄ aī robore atqꝫ virtute gerit̄. Ter
ciā q̄ ſpiritu ⁊ gratia cōtra ſpiritales inſidias ſuſcipiendaz
amor eterne felicitatis inducit. In illa q̄ in corporū firmita
te eſt ſeculi milites alij luctari / alij currere / digladiari qui
dā / iaculari cōplures / torquere arcus ⁊ machinas plurimi
ꝑdiſcunt. vt eius videlicet ꝑtis quā cū pecoribus cōem ha
bent gloriaz adipiſcant̄: ⁊ eā q̇dem marceſſibilem et mox
vel morbo / vel memorie oblitteratiōe periturā. Illa vero
q̄ ingenio et ſtudijs querit̄: q̄ꝫq̄ꝫ multis generib⁹ diſtincta
ſit: plurimū tn̄ ſibi laudis vendicat exercitatio litterarū. ī
qua ſi quis ꝑfectiſſime excellat: is vt īquit ariſtoteles deo



ſimillimus habetur. Nam q̄ꝫadmodū carnea mole partici=
pamus cū beluis: ita ingenio ⁊ rōis viribus ꝓxime ad deū
cōſcendimus. Excellere nēpe aio / preclaris artibus emine
re: hoīs eſt bene a natura / bū ab humanitate īſtituti. Defi=
cere vero in cognitione veri: non erubeſcere: ꝑ ignorātiam
atqꝫ īprudētiā labi ⁊ iacere: neſcio quid ad dementiā / dicā
ſignificantius ſtoliditatem / ꝓpius accedat. Quod terenti
anus etiam ille gnato confeſſus dij īquit īmortales / homo
hoī quid p̄ſtat / ſtulto intelligetis quid intereſt? Unde re=
cte michi iuuenalis cōparare videtur ſimulachro hoīem a
doctrina deſtitutum. Cūqꝫ vere hoīem appellare / qui aīm
virtute / mentem diſciplinis / curā ⁊ diligentiā decoris ſtu=
dijs atqꝫ negocijs excoluerit. Nam aduerſus eos qui gene
ris excellentia ſuperbiunt et mentem indiſciplinatam ha=
bent / obſcurum quēpiam atqꝫ ignobilem ſed doctrina inſi=
gnem his verſibus obiciens ſic ait

Nullo quippe alio vincis diſcrimine / q̄ꝫ q
Illi marmoreum caput eſt / tua viuit imago.

Et paulo ſupra.

Tamen inquit ima plebe quiritem
Facundum inuenies. Solet hic defendere cauſas
Nobilis indocti. veniet de plebe togata
Qui iuris nodos / et legum enigmata ſoluat.

¶ In hac ingenij et doctrine militia ſuꝑſatis eruditus for=
tis athleta dauid omīs hoīes hortatus eſt non fieri ſimiles
equo et mulo quibus intellectū nullū ineſſe conſtat. Quez
ſapientem patrem ſapientiſſimus filius Salomon ſtuduit
imitari / qui auro atqꝫ diuitijs ſapientiā anteponens: illam
e ſede magnitudinis dei ſibi demitti poſtulauit. Hāc q̄ꝫ mi
litandi prudentiā xp̄s deus vt diuus lucas tradit voluit ex
ercere / cū inter doctores ⁊ legiſperitos hieroſolimis eum
diſputantem parentes inuenerunt. Eandē plato ſapientiā
cū de re publica / ⁊ ariſtoteles cū de politia libros edidit ſe
qui et amare docuerunt. Tertiā q̄ in colluctatione victorū
et virtutū miliciā a nobis poſita eſt relinquimus. Ea enim
ad religionis potiſſimū gymnaſia conducit. At q̄nquidem
in ſtudiorum ⁊ iuriſprudentie cōcertationibus multos an=
nos mentem atqꝫ ingenuū exercuiſtis: nūc omī parte inſtru
ctos fortes baccalarij vos eſſe oportet / qui ad ꝓbatōis cru

ditionis veſtre certamen deſcendiſtis. vt ſiue eminus ho-
ſtis ſiue quominus prelietur: vos ſtare loco ⁊ ordinem ſer-
uare fixo pede deſudetis. Neq̄ timore deficiatis aduerſuz
iacula / ⁊ machinas pugnantiū doctorū. Sed conſiſtite fir-
mo robore ſeu ceſim ſeu punctim vos p̄mat acerrimus ipu
gnator. Nolite pauentes tergiuerſari. Sed ſi vulnus acci-
piendū erit / quod deus inhibeat / pulchrius exiſtimetis a
facie q̄ a tergo vulnerari. Mq̄ ita patos et vndiq̄ arma
tos ad hoc certamen deſcendiſſe ex veſtro vultu coniector:
vt putem vos neminem formidare eorū qui contra dimica
turi ſuccedent. Quos non vt īimicos et hoſtes: ſed vt ludi
et ſcholaſtice exercitationis inſtructores eſtis frequenter
experti. Aſſunt enī non vt vincant: non vt triūphent habi-
ta victoria. ſed vt exerceant vos et probent / p̄batos dedu
cant ad lauream licentie. Quapropter vos magnifici do-
ctores plena fiducia hortabor. Cōſpicite benignis anīmis
aſſidentes veſtros diſcipulos qui non ferro pugnaturi con
uenerunt. Intuentur enī vos tanq̄ iudices ſuorum ſtudio
rum. Intelligunt ſi contra ſteteritis velut longa milicia et
multis certaminibus exerciti: facile factu eſſe vt a vobis ſu
perentur. Duas igitur perſonas hoc loco īduere vos oro /
vnam que humaniſſimi patris / alterā que equi iudicis offi
cium gerat. Ad iudicis partes / merita cauſarū indagare /
⁊ diligenter ſcrutari ſpectat. Ad quā rem illud ſapientiam
veſtram afferre decebit: quod iuriſprudentia ſepenumero
vos docuit. Ne multiplici videlicet ⁊ ſupereffluenti ſermo
ne / ⁊ vt gregoriano more dicamus loquacitate incauta ia
culū diſceptationis emittatis quod reuocari ſine dedecore
non poſſit. Ne blandimentis et improba aſſentatione / a ſe
ueritate p̄bationis ſitis alieni. Neve iactatione ⁊ inani ap
petitione laudis euecti / nouū et inſuetum huic loco pugne
genus afferatis / quo aut huius examinis grauitas inſole-
ſcat / aut veſtri auditores attoniti reddant̄. Sciſcitabimini
potius ⁊ interrogabitis ex integro / que ſit in quoq̄ horum
qui decertaturi ſunt doctrina. quod ingeniū lumen. que ſtu
diorū diligentia / quod experimentū rerū que ad diſciplinā
iuris canonici conueniunt. Non vos ab equitate fauor di-
moueat. non animi p̄turbatio per irā aut odiū vos reddat
aſperos. Futurū enī eſt vt p̄batione huius cōcertationis



expleta / merita meritis conferatis. vbi proculdubio dum
peccatur / grauis et ſordida nota inuritur conſcientie et fa
me iudicantis. Sed ad hanc quam in vobis deſideram⁹ ſe-
ueritatem optamus quoq̄ paternā indulgentiā adiūgi. vt
ſi quiſpiam diſcipulorū veſtrorū per animi humilitatem ne
dicam ignorantiā ad veſtros iactus et tela procūbet: ſi ſua
erga vos reuerentia potius q̄ iuſticia aut pugnandi incu-
ria ſuo loco atq̄ ſtatione moueatur: vos huic pietatis ⁊ pa
terne clementie antidotū ſupponatis. Ut q̄tum in ipis do
ctrine ⁊ lraꝝ / q̄tū exercitatiōis atq̄ experimēti in hac pu-
gna ⁊ decertatiōe peritiſſimus q̄ſq̄ veſtrū q̄ſierit: tantum
benignitatis / ⁊ hūane tolerātie (qm̄ hoīes ſunt) adhibeat.

¶ Pro vniuerſitate ſtudii piſieñ. cōtra quoſdā
theologos in cā cācellariatus ad reuerendiſſimuz
p̄rem et generoſiſſimū dn̄m Caroluz de borbonio
cardinalem eiuſdē Roberti ga. breuis oro iii.

I q̄tum expedit humane ſocietati / tantū ho
mines pacem expeterent / et amarent carita-
tem: vrbes reuerendiſſime pater / et reſpubli
ce multo quietiſſime regerentur. Eſſet enī ci-
uiū inter ſe mutua dilectio. eſſet ſubditorū ad
ſuos rectores fides / et ſubiectio non repugnans. Neq̄ ſan
cta noſtra parens vniuerſitas a ſuis īpudenter oppugna-
ta veſtrā nunc benignitatem et ſummā dignitatem vlla in-
quietudine vexaret. At q2 natura et vicio quorūdam ita
factū eſt: vt trāquillitati noſtre inſidias poſitas eſſe videa
mus: conſulendū fuit: ne aduerſariis noſtris plus eſſemus
in tuenda libertate tardiores. Quorū ambitio atq̄ arro-
gantia ita increuit: vt ſi aliqn̄ preualebūt: ceteris noſtri ſtu
dii facultatibus nichil reliquū ſit dignitatis ⁊ honoris. Nā
cū due ſint in ſchola noſtra p̄marie dignitates: rectoratus /
⁊ cancellaria: quidā ſibi alteram ita ambiunt / et vſurpant:
quaſi nemini niſi theologo debeatur. Et iſti quidem noſtri
turbatores id maxime nunc agunt: vt per conuenticula et
clandeſtinas contiones totus ipſe theologorum cetus id
petere iure optimo videatur. cum reuera bona pars eius
facultatis ab hac ambitione longe diſſentiat. Sed qui
hanc inanem ſibi procurationez aſſumpſerunt / ii operculo

diuini ſe nõis ideo tegunt: vt non priuato quodam hono=
ris ambitu/ſed prematuro ⁊ digeſto oĩm ſuoꝝ conſilio ſe
ſe ductos oſtendant. Et iſtorum quidem non dicam teme=
ritati/ſed audacie vt noſtrũ ſe ſtudiũ opponeret: conuoca
ta nudiuſtertius graui filiorũ ſuorũ contione/appellatio=
nis ſe clypeo contra cõmunis honoris vſurpatores ꝓtexit.
Adeoqꝫ fuit ad hanc rem vnus et concors oĩm aduerſum
iſtam pauciſſimorũ theologorũ nouitatem vanitatẽqꝫ con
ſenſus: vt ad ĩfringendos conatꝯ illoꝝ corpora ſua ĩprimis
et fortunas om̃s impendere ſint liberrime polliciti. Tantã
enim indignitatem nemo bonus/et qui modeſtie ſtudeat/
pertulerit. Nam quid aliud hoc incepto benigniſſime pa=
ſtor queritur: ꝙ vt iſti aduerſatores noſtri/nobis tanq̃ ſer
uis et vilibus imperent mancipijs? Non derogo mediuſ=
fidiꝯ magnificentiſſime pater/neqꝫ detraho maieſtati theo
logice diſcipline. Sed qꝛ membrũ eſt theologus noſtri cor
poris myſtici: illeqꝫ vna cũ ceteris bonarũ artiũ ſcholaſti=
cis ſtudiũ vnũ cõſtituit: nego hm̃õi hoĩem ꝑ oĩa/oĩ in loco
atqꝫ omĩ tp̃e ceteris pretermiſſis debere principari. Recte
ſane iuriſcõſultus vices officiorũ/inſtar artificis nature/ꝑ
membra diſpartitur. vt nec totus oculus ſit caput. nec reli
qua moles deſinat in tybias. Nam ſi in eiuſmodi conditio=
nis hoĩes hic honos cancellarie conferatur: nõne theolo=
gos in ſchola noſtra reges eſſe oportuit? Nõne fruſtra ad
nitent̃ ad alias artes ſtudioſi litterarũ: ſi eis ſuo ordine ꝓ
uehi non licebit? Eſt fateor in ipſo theologorũ ſenatu (ſi to
tus inſpicit̃) dignitas ampliſſima. Sed ad ſingulos ſi per=
pendiculũ recte eſtimatõnis apponas: obliquabitur linea.
⁊ diſtortũ in ea non nichil apparebit. Itaqꝫ concedo theo=
logis id quod philozophis ꝓpriũ ſemꝑ fuit. verſari videli=
cet circa difficillimas queſtiones. quarum nec abſolutio ad
plenũ inuenta eſt. nec a quoq̃ noĩaliſſimo (vt ipſi dicũt) po
terit inueniri. Inhereſcũt enĩ in illis / et iugiter muſſitant:
ita vt cum ocyo et quiete plurimũ deſideant atqꝫ oblecten
tur: in ſchola quidem bonos: foris vero et in gerendis re=
bus minus ydoneos eſſe putem. Qꝛ ſi quis prudenter eſti=
mabit: et penſitabit hoĩm induſtriam et mores: multo plu
rimas a iureconſultis res/ q̃ a theologis bene adminiſtra
tas comperiet. Contendo propterea inter ceterarũ doctri



narum ſtudioſos facile deligi poſſe prudentes/ eoſdẽqꝫ do
ctiſſimos / qui pleriſqꝫ theologis antecellant. Illudqꝫ q̃
poſſum liberrima voce adiungo: ſi quis ad egregios mo=
res / bonas quoqꝫ cum fide et caritate artes adijciat: eum
quocũqꝫ titulo magiſterij illuſtretur: non modo hoc de quo
contendimus cancellariatu/ſed pontificatu quoqꝫ eſſe di=
gniſſimum. Que tametſi hyſtoriarum aſtipulatione et vſu
vera comprobentur: q̃uis vnus datus ſit et a nobis ſuſce=
ptus cancellarius: pauci tamen admodũ illius ordinis do=
ctores veſtram poſtulauerunt dignitatem ſibi cancellariã
diſtribui: tanq̃ hec illis ſit ab huius ciuitatis antiſtite ꝑ iiu
riam denegata. Vellem rectoratum quoqꝫ petiuiſſent. Eſt
enĩ eis ad vtrãqꝫ hoc tempore dignitatem ius equabile/ et
equitas proculdubio non impar. Defecerunt vere acutiſſi
mi diſputatores ſcrutantes ſcrutationes. Abſconderunt
muſcipulas/dixerũtqꝫ quis videbit eas? Senſerant prius
et fuerant experti ſenonenſiũ pontificis prudentiã. Cuius
ſoliditatem atqꝫ conſtantiã quia diſcutere non potuerint:
putauerunt ſibi penes veſtram nobilitatem repoſitum eſſe
preſidium. Sed dei prouidentia/et veſtra maxime ſapien
tia ſic dilata res eſt: vt nobis interea de noſtro iure atqꝫ li=
bertate cogitare datum ſit. in quo tuendo ſimul illud agi=
tur: vt multorum libertatem et iura pariter defendamus.
Habet enĩ cauſa preſens cum multorũ periculis vicinita=
tem. Nam ꝙ theologus tantũ/hoc magiſtratu potiatur: le
ditur in ea re pariſiorũ antiſtes/cuius preſtantie beneficio
rum libera diſpoſitio (ſi qua eſt iuris ⁊ legũ reuerentia) de
betur. Offenditur preterea archipreſulatus auctoritas.
Et primatus veſter digniſſime preſul offenditur. ad quem
dũ ſemeſtre tempus per negligentiaꝫ exciderit collatoris/
deuolutio ſuccedit. Nec minus regis maieſtas ex hac no=
uitate coarctatur: que priuilegio regalie beneficia / eccleſi
arũqꝫ dignitates ꝑ ſedis vacationem conſueuit diſpartiri.
Sed de cetu illo illuſtri et capitulo canonicorũ diue marie
quid dicemus? Cogetur ne tota illa contio virorum cele=
brium ad vnum theologice profeſſionis doctorem / ſollici=
tudinem omni momento reijcere? et plurimarũ rerum que
cõmunitatis eorum ſunt curã ditionẽqꝫ credere? Impen=
dent certe huic dignitati cancellariatus multa / que per iu

riſconſultū rectius ꝗ̃ per theologū adminiſtrari poſſunt.
Quare iniquū mea ſententia videri debet pro paucorum
hoīm cupiditate atqꝫ ingluuie/tot magiſtratuū iura et li-
bertates contēni. Ligari atqꝫ arctari poteſtates plurimo-
rū: vt id quod cōe ſemper fuit/vnius conditionis hoīes ſi-
bi vſurpent atqꝫ retineant. Tam multorū igitur offenſis/
quibus cū noſtra/et admiſſi a nobis cancellarij cauſa con-
iuncta eſt/appellatio noſtra preparauit antidotū. Que cū
ſit grauatis vel grauari timētibus iuris circūſpectione cō
ceſſa: adeſt in cōſpectu veſtre dignitatis ſupplex noſtri ſtu
dij rector: aſſunt ex iuris prudentia: aſſunt ex medicine pe
ritia probatiſſimi doctores. Non deſunt preterea ex artiū
liberaliū ſtudio graues phi et variarū diſciplinarū prece-
ptores/qui hoc orant atqꝫ humiliter comprecantur: ne pre
ter ſue appellationis ſpectatiſſimā rōnem aliquid per ius
pretenſe deuolutionis veſtra ſapientia de noſtri cancellarij
cauſa cōmutet. Ne in quo iure ſeptingentos ferme annos
felix ſchola pariſioꝝ quietiſſime manſit / in eo per paucos
admodū theologos diſpendiū accipiat. Ne ve ab eo hono
re cācellariatus vlla noſtri ſtudij facultas ſegregetur/quā
ipſis quoqꝫ aduerſarijs bono aīo ſuſtinemus per vices eſſe
cōmunem. Ne deniqꝫ hic vir nominatiſſimus Ambroſius
de cambray vtroqꝫ iure conſultus deſignatū queꝗ̃ aduer-
ſariū et competitorem a veſtra prouidentia datū iri intelli
gat. Si clementia et benignitate veſtra fuerimus hoc tp̄e
ab iniuria theologorū ſaluati: veſtro quoqꝫ beneficio quie
tem noſtris ſtudijs impetraſſe atqꝫ retinuiſſe putabimus.

¶ Ro. g. fratri Guillermo vito adoleſcenti. xxix.

Que me cauſa vt in ſolitudinem te demiſerim
guillerme fili non ignoras. Nam cū prope ab
infantia te in orto religionis inſerui nō defuit
tibi ſollicitudo mea que tenerū te paterne ex
hortationis imbribus irrigaret. donec alci-
uſculus adoleſceres/⁊ firmior exiſteres ad cultum ſeuerio
ris diſcipline. Eniuero ꝙ cernerem in te promptitudinem
quandā nature ⁊ ingenij vbertatem: id ſedulo curabam: vt
qui ꝓfeſſione religioſus eras: vite ꝗ̃ ſanctimonia coleres
pietatem. Huic etiā ſumme virtuti litterarū eruditionem
ſemper adiūgeres. vnde fieres virtutibus pariter ⁊ doctri



na illuſtris. Nam ſicut etate adoleſcebas/ita moribus opti
mis cū te pubeſcere putarem/promoui te pedetentim ali-
quo diſcipline atqꝫ officij gradu. Verū lōge ſecus atqꝫ ſpe
rabam deprauatū eſt cor tuū. ⁊ ex humili inſolens: ex mo-
deſto petulans factus: non multū a mūdi huius amatori-
bus differs: vt non tam ex religione puritatem/ex litteris
ſplendorem/ꝗ̃ ex vicijs obſcuritatem cōtraxeris. Sed ni-
chil preter hec de tuis erratis vltra ſubijciā. ne accuſator
magis ꝗ̃ paſtor et pius admonitor eſſe et dici promerear.
Decebat profecto in hoc primo adoleſcentie tue aditu re-
ctoris audire preceptū/et ea non negligere ad que te ſepe
numero impellebam. negociari ſcꝫ in ijs talentis ingenij et
memorie que mira tibi proculdubio credita a patrefamili-
as deo eſſe videbam. Verū arrepta parte ſubſtantie quaꝫ
te contingere gloriabaris: vide ꝗ̃ non diſſimilis filio illi ꝓ
digo factus es. Paucis ſiquidem menſibus poſtꝗ̃ iter ſa-
cerdotes ſacerdos veniſti: neſcio quo pacto paruā et ani-
me ⁊ corporis quam ſupellectileꝫ nactus eras diſſipauiſti.
ibaſqꝫ in precipiciū malorum totus: niſi ruentem te baculo
correctionis ſuffulciſſem. Eam ob rem ex media vrbe ⁊ fre
quenti hoīm cetu in ſummā et procul ab vrbanis illecebris
ſolitudinem te demiſi. Ad hunc enī modū impetus et hui⁹
tue etatis inſolentiā poſſe domari expecto. Nam ⁊ ſi locus
non tam mutandus erat ꝗ̃ animus: multas tū ad bene vi-
uendū cōmoditates preſtat ſolitudo. que noſtri noſmet ma
xime ſollicitos facit: dū ſenſibus noſtris nichil qđ mentem
ſtimulet anteponit. dū cōſpecta mulier non irritat petulan
tem libidinem. non cōditus arte ſapor facit edacem. rarus
ibi de aliena felicitate liuor adeſt. non p̄cioſas opes auari-
cia cogitat. ꝓcul abſunt qui nos lactent ad nequiciā ſoda-
les. non refertū penu non plena frumenti prōptuaria nos
reddunt de lauticia curioſos/nec repoſite ad ſubſidiū ege
ſtatis pecunie beatā nobis tranq̄llitatē pollicent̄. Nichil ī
ſolitudine oculis nr̄is vt ī vrbib⁹ obicit̄/nec ſūma ediū aut
templorū faſtigia nos īpediūt frui puris nature munerib⁹
Aperit̄ ibi quoq̊ verſus reſpicias celū. nullis purgamētoꝝ
ſordib⁹ aer īficit̄. nec in fluuiū excurrit putre ⁊ fetens lutū:
q̊ plerūqꝫ in vrbibus aqua redditur inſalubris. Adde ꝙ no
cturnus ibi ſopor quietiſſime agitur/dū nō cantilenarū nō

minorũ ſonitibus/nõ ſtrepitibus bachantiũ vel ad furta ⁊
cedes: vel ad ſordidiſſimas diſcurrentiũ aduleſcentulorꝫ
voluptates ſõnus abrumpiꝫ. O beatã ſolitudinẽ/q̃ exem=
ptũ moleſtiarũ turbine hoĩeꝫ ſancto ocyo id eſt diuinis ob
ſequijs ſiſtit/⁊ ꝓmouet ad ꝯtẽplationem creatoris. Puta
bis forte tanq̃ ĩexpertus adoleſcens hec ſine teſtibus ſcri
bere me. teq̨ etate feruentem meo ſenſu velle cohortari.
Lege fili regũ iudeorũ monumenta/ĩuenies mox ad ſolitu
dinem iordanis tabernacula ſtruxiſſe viros dei qui hoĩm
cetu abſtinẽtes vino q̊ꝫ et ſicera pepercerũt. Quid ioãnes
ille ꝓphetis gnatiſq̨ hoĩm xp̄i teſtimonio ſuperior nonne
deſerti ſolitudinẽ tenellus adhuc ĩcoluit? Quid magiſter
⁊ vite p̄ceptor xp̄s? ſeceſſit ille crebro ex turbis. ⁊ de mõte
docet ignorantes. Et cum glorie ſue maieſtatẽ oſtenſurus
eſſet: aſſumpſit ſeorſum in montem petrũ et ioãnem vbi hu
manitatis corpulentiã in diuinitatis admirabileꝫ ſplendorẽ
transformauit. Non in vrbe ⁊ apud hoĩes ſed in deſerto ꝓ
cul tẽperat a cibis/⁊ ad eſuriem vſq̨ confectus abſtinentie
nobis ꝓponit exemplũ. Sed ne hũc ſupra id qđ fragilitas
hoĩm põt/diuinitate ſua feciſſe arbitreris: ſubſequunꝫ illum
longo interuallo ſed feruentiſſima charitate nõ pauci. atq̨
ĩprimis paulus anachorita mirabilis. antonius ille quẽ to
to orbi fecit deus illuſtrem. Julianus. hylarion. machari⁹.
moyſes ſcytha. paſnutius. ſerapion/⁊ reliqui cũ ĩnumeris
diſcipulis/qui vel egyptũ/vel thebaidẽ/paleſtinã/ſyriãq̨
⁊ meſopotamiã traduntur varijs ſolitudinibus habitaſſe.
His addi diuus ille hieronimus: ⁊ quos de vitis patrũ ſcri
bens a ſe viſos enumerat. Ad quorũ recognoſcendam con
uerſationem cum te remitterem ſi aliqñ te tui peniteret: te
q̊ꝫ nõ fugeret/q̃ꝫ vtile eſt homini ꝓcul ab hoĩbus diuerſari.
Qđ inter regias occupationes dauid deſiderans Quis ĩ
quit michi dabit pẽnas ſicut colũbe/⁊ volabo ⁊ requieſcã?
Nec ſatis illi factũ eſſe putabat ſi incedendo ꝑueniret: niſi
pẽnis adiutus feſtinato volatu ferreꝫ ad ſeceſſum. vnde ꝓ
tenus adiũxit. Ecce elongaui fugiens ⁊ manſi in ſolitudi=
ne. requieſcere in ſeceſſu optabat/qui inter ſibi famulãtes
regũ more frui poterat delicijs. Edoctus erat nõ in turba
populorũ/ſed in prerupto monte ſynai confabulatũ cũ deo
fuiſſe moyſen. Ibiq̨ remotis preter ioſue arbitris legeꝫ di



uinitus ſuſcepiſſe. Alia multa tibi de ſolitudinis beneficen
tia guillerme fili memorarem: ſi non te carnis adhuc titilla
tione flagrare conſtaret. Nam q̨ in te feruet ardor ĩmode=
ratus rei ſecularis: ſeuerũ me nimis ⁊ moroſum oſtendero:
ſi ſpũalibus alis te ſublimem rapere voluero. q̃ꝫ q̃ꝫ tecũ ſu=
pra q̃ꝫ meritus es benigniter actũ eſt/cũ in eo te loco ſiſti=
mus/vbi noſter ordo diuina oſtenſione principiũ accepit.
⁊ quẽ ideo ꝓcul ab incolis priſci illi patres noſtri ioãnes et
felix elegerunt. vt ſe ad virtutem ⁊ ſanctimoniã exercerẽt.
q̃ duo in vrbibus difficillime ꝯparanꝫ. ⁊ ſi aliqñ parta erũt:
magnis laboribus conſeruanꝫ. Illud ergo te guillerme ad
emendationem excitet/cũ intueris deſertã olim cõuallem
coli tandem ꝑ ſanctiſſimos hoĩes atq̨ habitari cepiſſe. et
prebuiſſe exemplũ quo ꝑ multas orbis regiones ordo dif=
funderet diuine trinitatis ⁊ redemptionis captiuorũ. Et
niſi maxime deſipis multas habet vallis ip̄a cõmoditates.
q̃ a vera ſolitudine longe deficiunt. Eſt enĩ irriguus locus
⁊ paſcuus. Et que illũ circũſiſtunt ſilue non ita inuie ſunt:
q̃n vicis frequentibus habitenꝫ. Ager frumenti ferax coli
tur in alimentũ cenobij. pecoribus aũt ſi cura ĩpenditur ħ
lucro ſunt. Accedit preterea ex feris aĩantibus quas vena
ri interdũ licet honeſta voluptas. Et qđ nõ extremũ puto:
concentus ⁊ naturalis quedã ex auibus harmonia aurib⁹
etiã delicatis affertur. Quid ſi inter arenas late patẽtes/
inter prerupta montiũ ſcopulis in celum porrectis/qualia
ſunt multa ſeruorũ dei habitacula conuerſari mandaſſem:
vbi quam neſcis linguã audires: illa non mundi huius: ſed
aliene cuiuſpiã creatõnis eſſe iudicares. Collige teip̄m fili.
⁊ recordare cur primo natus: cur renatus: cur per religio=
nem renouatus ſis. Te natura vt reliquos hoĩes eduxit ad
laborem. Non igitur ocyo et voluptate tempus quod vi=
uendo trahitur terere debes. Nichil accepimus preter ani
mũ ĩmortale. Pulchritudinem et corporis vires vel mor=
bus vel breuis etas abſumit. Opes ſi non fortuna demit:
auferunt latrũculi. Famam denigrat liuor. Spes omnes
repentinus caſus inanes facit. Una eſt virtus que nos
ſempiternos reddet. Uale. Ex cenobiolo diui Maturini
kal. Nouemb.

¶ Ro. g. Georgio hauart regio cõſiliario. xxx.

Cio clariſſime georgi q̄ꝫtum et tibi ⁊ cenobio diui vincentij de roboreto pro debito mei or=dinis ſim obnoxius. Sed quia neutri ſatis recte facere poſſum michi q̄dem acerbū eſt. Miſeret me tenuitatis cenobioli/a quo ſupra q̄ꝫ vellem penditur ſeni annua pecunia. nec minus pudet me dilationis: qua te forſitan a me trahi putas: quaſi non operibus ſed verbis (vt aiūt) paſcere te cogitem. Sed ita me=diuſfidius ⁊ natura ⁊ optimo iure res oīes agi debent: vt nulli ſua occaſio ſuſtrahatur. Duobus iam vt meminiſſe potes ex ea domo exactis miniſtris: tertiū induxi quem etate defectū breuioris vite arbitrabar. Sedet tū̄ ſagina opplet⁹ ſenex ⁊ ſtertit/crapulā exalans. Cui de abdicando ſe miniſtratu ſi quid ſuggeſſero: ſuū iugulū peti ⁊ ſe confodi clamitabit. Adeo ſuſpicioſi ſūt ſenes atq̄ꝫ formidoloſi. Obſiſtūt preterea michi compotores hoīs q̄ illū obſtinatū reddunt: ita vt ſaxū facilius q̄ꝫ predurā eius mentem emollias. Cō=ueniam tū̄ illuꝫ. acetoq̄ꝫ ⁊ igni q̄ꝫadmodum deieciſſe alpes annibal memoratur ſaxeū ſenem effringere tentabo. Q̄ ſi inanis erit conatus noſter: reliquū fuerit alia via contumacem ſenem adoriri. quā etſi ſuſpicari potes eam tū̄ patefa=cere nollim: priuſq̄ꝫ inexpugnabilem nr̄is machinis laruā compererero. Vale. Apud pariſios pridie kal. ianuar.

Robertus gaguinus fratri Alphonſo velho vlixbonen̄. miniſtro. S. .xxxi

I quales ad me lr̄as ſepe dediſti talē erga me aīm gereres: nō fuiſſes in tuā purgationem cariſſime frater tā tardus. Cū de cuſtodienda et ꝯſeruanda tibi dignitate me crebris lr̄is ſollicitares: nec verbo ꝑcus nec ꝓmiſſis fuiſti. Vbi vero ꝑ meā in te liberalitateꝫ aduerſariū ſuperatū habes: neſcio quō factus es ſōnolentus: vt me nō modo non curare: ſed tue ſalutis oblitus eſſe videaris. Scis q̄ꝫ temere patreꝫ illū ferrandū a me domū reuertentē app̄hendiſti. ⁊ cū venerabili ſeni non parceres/hoīem canicie venerabilē feciſti captiuū: nr̄is lr̄is quas ferebat contaminatis. deinde monitus ꝯtēpſiſti paſtorem. Suſpenſus poſtremo ⁊ diuīs⁹ interdictus cū de relaxando īterdicto me vehementer ro=



gitaſſes: ī te fui ſupra tuū meritū ī dulgentior. nec iō multo min⁹ īgratū te exhibes. Si hoīeꝫ me putares frater: nō exiſtimares te īpune abuti poſſe mea patientia. Nec (ſi mentē hr̄es ſanā) ꝯſciam tuā tuliſſes tā diu excōicatione teneri. Q̄ ſi culpa añhac caruiſſes: nūc ꝑ incuriā ⁊ ꝯtēptū xp̄iane legis te reddis ſuſpectū. Id cū ita ſit: ⁊ meoꝝ ī te bñficioꝝ nō ſatis memor culpā nō agnoſcis: mirari nō deberes/ ſi te flagello caſtigarē. Illudq̄ꝫ vnū te admonere p̄t: ſi [illegible] fratricellis q̄ tecū degūt ſcintillā ei⁹ quā in me cōmiſiſti rebellionis aliq̄s ī te ꝯcepiſſet: tu magni ſpūs hō nō eq̄nimiter tolerares. Q̄obrem exiſtimare te decuit: nō minoreꝫ me ex te obeditionē expetere: q̄ꝫ ex tuis ꝯfratrib⁹ exigis. Itaq̄ꝫ niſi dilatōes ⁊ negligētias tuas/ī occupatiōes aliq̄s tuas reij=cerē: graui qua dign⁹ es pena te iāp̄ridē affeciſſem. Ergo ſi hō es: ſi xp̄ian⁹: ſi ſan⁹ ⁊ cōpos mentis: ſi deniq̄ꝫ ſupeſt in te religiōis q̄cq̄ꝫ ⁊ ſctimonie: recordere ſtat⁹ ⁊ ſalutis tue. ne meā pacientiā in furorem vertas. Veniat tibi in mentē: cū ab īimico ⁊ capitali hoſte agitabaris euiciq̄ꝫ timeres: reb⁹ me tuis ꝯſuluiſſe: ita vt nr̄a ope atq̄ꝫ autoritate adnix⁹ nūc ſtes ⁊ valeas. ille ꝓſtrat⁹ languet ⁊ tabeſcit. Ingratiſſimus hoīm oīm hūdus es: ſi hec te p̄tereūt: ⁊ niſi reſipiſcas: periculū dānatōis nō euades. Ex vrbe piſea. xvij. kl. Septēb.

Robertus gaguinus Amico. S. epl̄a. xxxii.

Enabāt heri apō me duo ex amicis nr̄is cū lr̄as ⁊ margaritā tuā ad me tulit griff⁹ curſor. Legi ꝓpant epl̄aꝫ. nec fuit ocyū pl̄a vl̄ legēdi vel ſcribēdi. ſꝫ nec ītroſpiciendi rethoricē tuā q̄ꝫq̄ꝫ ei⁹ me ſingularis īſcriptio delectaret. Abeūtibus p⁹ lōgā ꝯfabulatōeꝫ amicis: ī ipā ferme nocte media ea delibaui q̄ opi tuo lōge p̄luſeras. vbi illō añ oīa me oblectauit ꝙ theologos magnope admones feliciſſime artis/q̄ ſine nichil ꝯcionari vel grauit̄ vel ſplēdide pñt. Reliqua vero ſi librū diuerſari parūper apō me ſines/legā diligēter. Quippe cui īſit oīs dicēdi maieſtas cū iucūda/tū extimāda ma=ximi. Ceterū q̄ de me fama tibi ſugarriuit ita īterp̄tabere: vt p̄mū cogites qb⁹ autoritatib⁹ eā ſuſcepiſti. Alios ei beniuolentia: emulatio ⁊ liuor alios: q̄ſdā yronia ſollicitat: ego me it⁹ ⁊ ī cute noui. Vtcūq̄ꝫ tū̄ de meis carmib⁹ iudiciū facies/ceſurā tuā ⁊ eruditoꝝ oīū ſubire nō x̄ebor. ꝙ x̄o tāti me

habes vt meã familiaritatem expetas gratias quidem ha
beo non vulgares. Sed vide ne dum a veſtibulo fauũ / aut
(vt inquit plinius) lactis gallinacei hauſtum ſperas: arida
omnia cũ intraueris inueniſſe declames. Si quid vero erit
quod vel amenũ vel ridiculũ ex me tibi deſumere poſſis:
vtere vt voles cõſuetudine paruitatis noſtre. Uale. Apõ
Pariſios. iiij. noñ. maij.

¶ Ro. ga. Philippo beroaldo Bononieñ. xxxiii.

Cum ego ad te ſuauiſſime philippe carmie ſcri
pſi id deſiderabã maxime vti eodẽ genere ſcri
ptõnis reſponderes. Nam ꝙ te proſa orõne di
centez audierã ſimul putabã adeſſe tibi ſtudiũ
verſu ſcribendi: q̄ʒadmodũ natura fere ⁊ dili-
genti cura contingit italis homibus. Sed maluiſſe te arbi
tror familiari tibi ſtilo euoluere te noſtra interrogatione.
Indigna forte in quam incũbant homies maioribus curis
occupati. At qualemcũqʒ eam exiſtimes: te illi reſpondiſſe
pergratũ accipio. Sed non ita oino cura me liberaſti: quin
item de reipſa ſim anxius. Tempus illud in cauſam ſero de
lati ad rhetores honoris aduocas: quo ⁊ rudis adhuc ſena
tus agros magis q̄ʒ litteras excolebat. et ijs ſolũ exerceri
operibus iubebat romanã iuuentutem / quibus ad perfe-
rendos belli labores vires corporis firmarentur. Qua in
re minime tibi aduerſabor / q̄nquidem roma a ſua origine
nõdũ perſpexerat quid ꝯmoditatis ad rẽpublicã facultas
dicendi tribueret. Neqʒ id vicio dari volo primis vrbium
conditoribus / quibus ad laudem abũde eſt ieciſſe bene vi
uendi fundamenta. At poſtq̄ʒ multis iam ſeculis / et reipſa
compertũ eſt humanũ genus adiutũ auctũqʒ eſſe beneficio
dicendi: ipſas quoqʒ vrbes ab eloquentiſſimis hoibus (vt
eſt apud ciceronẽ) ꝯſtitutas: eſſeqʒ neiem qui nõ apte eloq̄
q̄ʒ mutire ⁊ balbutiri mallit: id qđ arte rhetorica ꝯſeq̄mur:
q̄ eſt h̄ tarditas et q̄dam malicia ſeculorũ oim: vt preclarã
artez eiuſqʒ profeſſores aut deſpuãt: aut pendant minimi?
Nũquid ante ꝯditã romã grecia dicẽdi peritiã ignorauit?
Quid q̄ vult illa ſocratis in gorgiã ſubriſio: cum egregiã
ciuilis ſcie ptẽ velut popinis patiniſqʒ addictã nõ diſſimu
lauit coq̄nariã appellare? qua eſtimatõe fuiſſe ſemꝑ ꝯplẽs
nõ negabis. q̄ʒadmodũ (ne externa ⁊ antiq̄ora refricem⁹)



in hac pariſiorũ ſchola eſſe videmus obſeruatũ. Ita enim /
neſcio quo modo / dicendi ſtudioſos olfaciunt multi: vt ob
uios factos ceu maleolentẽ ſpiritũ cõtractis naribus exuf
flent. Quo fit vt facile putem illos peſtilentem hanc artez
eſſe cuius cõtagio cõtaminari atqʒ ĩfici ſe ꝑtimeſcant. Par
ua q̄ ne tibi ratio admiratiõis noſtre eſſe videtur: cũ bene-
factricẽ hanc diſciplinã aſpernentur noſtrates phi: que cũ
recte eſt apph̄enſa: multas vtilitates parat? Quas ne plu
rimas cõmemorem: illud non poſtremũ videri debet: ꝙ ꝑ
eam cogitatiões noſtre non aliũde q̄ʒ a ſplendore huius ar
tis eternitatem nanciſcunt̄. Magnaqʒ vis eius ex fabulis
oſtendit̄: quas aridas ⁊ deſpicabiles acceptas ita dicendi
peritus expollit: ita ſucco ⁊ colore viuidas reddit: vt illas
iam diu lectas nulla oblitteret vetuſtas: nulla obtrectan-
tiũ maliloquentia exterminet. Mirabor igitur ſemꝑ imo ĩ
dignabor maxime tam multa ſuauiſſime eruditõnis cõmo
da non modo preteriri a multis ſed floccipendi / ſuſannari /
calcari. Uale. Ex maturinorũ piſieñ. edib⁹. vij. kl̃. octob.

¶ Ro. ga. Joãni de mõte doct. theologo. xxxiiii.

De carmine qđ in roberti ſorbonici laudes ſcri
pſiſti ſic ſentio. Laudo tuã in hoiem bene de
orbe xp̄iano meritũ pietatez. tuũ ingeniũ lau
do. nec ĩprobo caracterẽ. Sʒ ne te aſſentatiõe
palpẽ: tu meo cõſilio illud iterũ atqʒ iterꝫ penſi
culabis. Aliđ ei eſt poſteritati nos perẽniter credere. aliđ
equalibus noſtris noſtra ex tp̄e condita opera cõicare. Il
la ad ſcrupulũ q̄ acceperit trutinat oĩa. Hi ſicut tumultua-
rie legũt ita errati noſtri facile obliuiſcunt̄. Quedã ergo q̄
rudiora (ſi recte cogites) ſunt elimabis. Uale. iiij. iđ iunij.

¶ Robertus gaguinus Joanni dĩeſco ratio
nũ regiarum computori. S. ep̄la. xxxv.

Qđ ad te p⁹ diſceſſũ tuũ nõdũ ſcp̄ſi: nõ facit ĩopia re
rũ de q̄b⁹ ſcribi nõ poſſit. Nõ eĩ ẽ ꝓcella hui⁹ tp̄is
tã vacua admirabiliũ rerũ: vt nõ abũde pluria ſe
offerãt ijs q̄ ſcribendi periciã habẽt. Una profecto aruer
nia eſt que ſatis prebet miraculi / vbi tremore terrarum
edes alie diſciſſe / alie collapſe traduntur. quo ſimili prodi
gio apud priſcos aliquid portendi ſepe creditũ eſt. Nobis

vero tanqꝫ certa nature lege ⁊ terra tremuerit ⁊ ruina eue
nerit/parui exiſtimant. Accedit p̄ter hec burgūdia nō ari
da ſcriptoribus materies/q̄ ſingulari peruicacia/⁊ horren
dis quibuſdā furijs ad arma cōſurgit. Aduerſum quā gla=
diū exerit ludouicꝰ aīo erectus ⁊ grandi exercitu potens.
Hec ſi quis ſeorſum ſcribat: hyſtorie non ſatiſfecerit: niſi et
rerū et temporū ⁊ conſiliorū ⁊ euentorū conſcius ſit. a quo
rū oīm cognitione longe abſumus monaſticis cerimonijs
addicti. quāobrem non facile conſequimur id cuius gratia
principes pugnāt. Nec ſum tam gnarus latine elocutiōis:
vt memorabilia noſtre etatis litteris cōmittā tibi maxime
inter aulicos verſanti. Urbanarū vero reꝝ non ſum anxie
curioſus. quippe qui bonā diei partem domi exigo. vbi cū
libellis meis confabulor. qui me ꝑ orbem circūferunt. dum
alius in aſia/alius in lybia/alius ꝑ laciū ⁊ galliaꝫ res olim
geſtas refert. Nec in terris muſſito ſemper. feror interduꝫ
altius/⁊ ꝓxime ad ſuperos rapior lectiōe ſacrarū ſcriptu=
rarū. His rebus fit: vt nec bellorū moleſtias: nec vrbis ſtre
pitus exaudiā. Niſi ꝙ me nonnunqꝫ ſcolaſticorū clamores
et iuges rixe contriſtant. A quibus orta eſt in deligendo
poſtremo rectore grauior longe qꝫ olim viſa eſt contentio:
alijs in alios nunc conuicijs nunc contumelijs atrociter pu
gnantibus: non aliter ac aleciarias et piſcatrices aiūt ſeſe
criminari: et feros interdum vngues inuoluere ī capillos.
nec prius triduo toto diſceſſuꝫ eſt qꝫ biceps vniuerſitas no
ſtra facta eſt. Itaqꝫ pro vno duos rectores īmouero ſecto=
res hꝫ: alterū francū/picardū alterum. Contionem hodie
apud me habuit picardus/franco curiā parlamenti appel
lante. Hoſtiarius a patribus miſſus contionē diremit. Itū
eſt ad iudices qui ius dicant. Minime ꝑfecto mirū eſt oriri
de imperijs certamina: cum ob trimeſtreꝫ magiſtratū ſcho
laſtici pugnant. Sed noſti quas turbas liberaliū artiū col
legia ſemper excitent. Sunt in illis temerarij adoleſcentes
multi. quorū tam ſeua eſt vis: vt non ſit ſenioribus ſua au=
ctoritas. Nulla eſt diſciplina conſeruandi maioribus ho=
noris. Quo quiſqꝫ efferacius clamat: eo potiore eſt ſuffra=
gio. Sed de his portentis ſatis. Lucanus tibi diligēter ap
paratur. Ut ſinguli michi codices a librario reddūtur: ita
eos emendo. Non citius in vrbem redibis: qꝫ ſit vſqꝫquaqꝫ



abſolutus. Allati recenter ſunt a venetis complures artiū
humanitatis libri: non viſi hactenus nobis. Si tuo ſtudio
aliquot aſſeruari cupis/ eos emere quēpiam iube. Uale.
vij. kal. februar.

¶ Ro. ga. Martino delfo theologo doct. xxxvi.

LEgi prorſus curioſe libellum tuū. in quem de
inſtituendo ferme ab vberibus oratore vtilia
plurimū atqꝫ perneceſſaria cumulaſti. Leta=
tus ſum videre numeroſiſſimā materiem que
per late patentes eloquentie campos cicero=
nis et quintiliani/non ſine conuenientiſſimo ordine diſper
ſa eſt/eam ſub vno aut altero conſpectu a te eſſe repoſitā.
In quo opere ita preſſe et cū decore manipulos precepto=
rum dicendi aſtringis: vt libellus quem collectaneū recte
dixerim/encheridiū amatoribus artis eſſe vtiliter poſſit.
Itaqꝫ vellem non accerſitū me eſſe iudicem laboris tui: de
quo non cenſurā facere ſed laudem ꝓferre michi optabiliꝰ
foret: tum qꝛ oīs honeſti operis laudator potius qꝫ arbiter
eſſe mallo. tum ꝙ ſtudiorū quibus beneuoli inuicem ſumus
cōiunctio meū habere pōt examen ſuſpectū. Eſt tn̄ qꝫobrē
omnes artis rhetorice ſtudioſi tibi gratias habeant/ob id
maxime ꝙ ad bene per artem loquendū ꝯpendiū illis para
ſti. Unde videri potes quodā nois preſagio delfus id eſt
delphicus appellatus eſſe/q̄ inter theutones natus tullia=
nā in dicendo maieſtatē/⁊ in p̄cipiendo quītiliani diligen=
tiā referre cōtendis. Quā ob rem ſi nō ſponte tua ad ꝓpoſi
tū tibi brauiū curreres: hortarer te tota aī intentōe ꝑſequi
pulcherrimā diſciplinā q̄ cum phie pars eſt oībus ſapie di=
uerticulis lucem ⁊ ſplendorem affert. Quem cuꝫ ipſi ſapie
nois vſurpatores non intueri ſed ſuſpicari tantū poſſunt/
nō intellectā a ſe artem ꝯtēnunt. non longe ijs diſſimiles q̄
condimentū ⁊ ſaporem in cibis nō diſcernunt: ſed ſine pala
to ⁊ frumine ſapida queqꝫ atqꝫ inſipida equaliter tranſmit
tunt. At tu haud abſterritus plurimorū ruſticitate/ſecta=
re non impigre preclaram eruditionem dicendi. Que ſola
cum veritati ſuperadiecta eſt: ſtudia litteraruꝫ interire nō
ſinit. Uale. Pariſij. ix. kal. Auguſti.

¶ Ro. ga. Jo. de ambaſia ep̄o Albien̄. xxxvii.

Est michi inquies admoduꝫ animus. Ceſſare
non poſſum in cōmiſſis donec bene ſemel ce-
pta compleantur. Quapropter magnificen-
tie tue moleſtus eſſe perſeuero: vt que ad ro-
manam profectionem attinent cures me cele
riter inſtruere. Litteraſqꝫ expedire ad pontificem. da pre-
cor operam ꝙtum ꝓ tuo ocio potes hec oīa abſoluant̄. ne
pendulus ipſe atqꝫ diu heſitās dies et pecuniā fruſtra expe
ctando teram. Stat ſonipes ſpumans et frenos ore fatigat
Et q̄rit longā non ꝓperare viā. Vale. ṗdie noñ. auguſti.

Ro. ga. ep̄o lingoneñ. N. de ambaſia. xxxviii.

Ecce fruſtra oīa tentauimus. Vana facta eſt
ſollicitatio oīs noſtra. Vigilias/curſitatōes/
curas/preces/pacientiā/noſtrā mors repen-
tina pontificis ſixti abſumpſit. Et quod dies
plurimi expectando anxie atqꝫ laborioſe no-
bis pepererant id totū inopinato nūcio ſublatuꝫ eſt. ita vt
oīm artes ꝯſiliū induſtriam diligentiā non alio ꝙ fortune
temeritate aut caſu īcerto agi/ſi non pietas prohiberet re
putarem. Aduerſabatur equidem propoſite legationi bal
lue legati andegauenſis depulſio. ⁊ indignationē quandā
pontificis cōmeruiſſe videbatur. Sed huic morbo cū para
tum eſſet antidotū: et oīa ad gratiam poſſe reuocari multi
ſperarent: verſum eſt celum/et īfelix neſcio quod ſydus ex
pectationem noſtram eripuit. Itaqꝫ dilata eſt legatio: aut
(quod magis auguror) abrupta. Nūc expectatur noui pō
tificis aſſumptio. Interea non deerunt qui res nouare co-
nabuntur. Ex preteritis enī factionibus coniecturam fa-
cio futurorū. Videoqꝫ non minus laboris ad eam que ſecu
tura eſt legationem: ꝙ ad eam que feliciter non ſucceſſit.
Igitur ſi dignitati/ſi honori/ſi fortunis tuis ſtudes eſſe cō
ſultū: cura de tota re ſollicitos facias eos quos habes apō
regem et in curia tibi coniunctos. Ipſe vero conabor dili-
genter meminiſſe oīm que ad tuam dignitatem conducere
iudicabo. Vale. Ex corbolio nonas auguſti.

Ad guillermū de rupeforti francie cancella
riū cū pariſios p̄mū aduīt: ꝓ ſchola et ſtudio
ſcholaſticorum/eiuſdem Ro. Ga. orō iiii.



Quod me vides hoīem vite regularis ⁊ debi
to ſilencij obnoxiū pro magnis ⁊ ſapientibus
ſcholaſticis/qui hoc loco ad tuā magnificen-
tiā cōuenerunt dicendi principiū facere/non
idcirco exiſtimabis me vel ſapiā vel facultate
orandi reliquis anteire. Illud potius apud te cogitabis/
meme īperio ⁊ vi quadā maiorꝝ/clauſtri latebris erutū/vt
palā eſſet ꝙta ꝓpter tuū aduentū leticia pia mater ſtudio
rū pariſieñ. academia exultet/cū is p̄ſertim quē ſancta pro
feſſio ſilere iubebat/ī cōi nūc oīm gaudio loqui ⁊ te corā vi
ro eloquentiſſimo cogitur balbutire. Tantus enī fuit pau-
lo ſupra hos dies oīm qui litteras in hac vrbe ſectant̄ me-
ror ⁊ luctus ꝓpter neſcio quā ſue libertatis ⁊ priuilegiorū
īminentē calamitatē/vt non per cōuentus ⁊ ſolitas cōtio-
nes cōueniremus. ſed alius alio triſtis ⁊ ſtupidus ſeorſum
habitaret. Deflebat quiſqꝫ doctrine amātiſſimus īfirmari
⁊ debilitari magis in dies quietem ⁊ ocyū ſine quibus non
facile quiuis vnqꝫ eruditus factus eſt. At poſtqꝫ euocatio-
nis ſuffugia ⁊ honeſtiſſimorū iudiciorū dilationes te p̄ſide
⁊ cancellario intellexit: cepit paulo alacrius caput tollere.
et de recuperanda libertate liberius cogitare cepit. Non
enī vllus noſtruꝫ aliter arbitrari poterat: vt a te qui iuſtus
eſſes non orire aliq̄n ſedentibus nobis et merentibus lu-
men et ſolaciū veritatis. Qð vbi ſubluxiſſe aīaduertimus:
vulgatūqꝫ ſubito eſt/cauſam q̄ de cancellariatu e ſenatu ꝑ
lamenti quorūdam factiōe theologorum ad regiū examen
abducta erat ad priſtinū iudiciū eſſe reuocatā: nemo nō cu
piuerit te corā intueri. venerari te eq̄ſſimū iudicem. et tibi
cū gratulationis/tū gratitudinis officiū exhibere. hoc enī
a te donatū nobis beneficiū ideo maius videri atqꝫ exiſti-
mari debꝫ: ꝙ euocationis īiuriā ab ijs acceperamus qui ſe
noſtri ſtudij primos ſemper eſſe voluerunt. ⁊ quorū autori
tate atqꝫ preſidio noſtra libertas defendi debuiſſet. Quod
vnū in primis eos quos ſupplices aſtare tibi conſpicis va
riarū artiū preceptores excitauit: vt conceptas aīo grati-
as tam conſūmate iuſticie tue perſoluerēt. Atqꝫ iuſtiſſime
vir quid eſt quod huic tuo in nos collato beneficio par af-
ferri poſſit? ab ijs maxime quorꝝ omīs ſupellex eſt liber/at
tramentū/calamus? Sed exiſtimandus non es ex ijs eſſe

qui opes/qui dignitates ⁊ mundi cumulatas fortunas do
ctrine ſtudio āteferas. Satis per te compertū habes quas
lr̄aꝝ ⁊ ſapīe eruditio cōmoditates cū priuatis tū publicis
rebus ſoleat īportare. Eniuero ꝗcūq; ſcholaſticorū cōuen
tus ſeu apud caldeos vel apud egyptios/vel īde apud gre
cos/addā ⁊ dryudas fuit olim cōſtitutus/ex eo velut ex cō
fertiſſimo prōptuario grana viri ſapientes ꝓdierunt/ qui
reipublice gubernacula capeſſerent. Cuius rei ſciētiſſim⁹
diuus ille rex atq; īperator Carolus cognomēto magnus
hoc potiſſimū ſupra ſeptingentos annos curauit: in hac pa
riſiorū vrbe loco toto orbe terrarū celebri alterā poſt athe
nas litterarū academiā collocare. facereq; prudentiſſimo=
rū virorū late diffuſam ſementē/ vñ in om̄s mūdi ꝓuīcias
doctrina prodiret ⁊ ſapīa. Atq; ita plus fame atq; glorie in
cōdendo vno erudiendorū hoīm cōtubernio: ꝙ̄ in dilatan=
dis īperij finibus ſibi paratū iri putauit. Eſt ꝑfecto nimiū
vtilis ad oīa fructus litterarū. quem qui ſuſtulerit: illū eū=
dem humanitatis ⁊ cultioris vite rudimentū atq; ornamē
tū ſuſtuliſſe dānabitur. Idq; ſagaciter olfaciens Carolus
quītus/cū et infantiā atq; adoleſcentiā ſine eruditione al=
tioris diſcipline exegiſſe ſe doleret: ſūmopere inſtituit plu=
rimos in oī diſciplina libros in vernaculā linguā conuerti/
vt qđ a cōſiliarijs hoībus latine ꝓferri audiret: id ⁊ legerꝫ
ꝑ ſe/⁊ nullo admonitore ꝯp̄henderet. in hoc maxime ptho
lomeū philadelphū imitatus/qui accitis autore demetrio
ſeptuaginta ex hebreorꝫ gente interp̄tibus/diuine legis
volumina traduci/et in ampla admodū bibliotheca collo=
cari mandauit. Tantū valet diſciplinarū cognitio ⁊ ad oēꝫ
rem gerendā maieſtas. Et hoc cū tu oīno doctus et ſcitus
homo ītelligas: voluiſti om̄s bonarū artiū ſtudioſos/bene
de tua ſingulari iuſtitia ⁊ preclara virtute ſperare. Non ꝗ̊
abs re xp̄ianiſſimo regi gratulari poterim⁹ qui te ſacroſan
ctis inſtitutis ⁊ legibus illuſtrem ad cancellarie magiſtra
tū accerſiuit. gratulabimur ꝙ̊ ⁊ genti ⁊ regno francorū cu
ius moderamina (dū iudicijs prees peſſuꝫ ire nemo formi
dabit. Tibi preterea magnifice vir merito gratulabimur/
qui per gradus virtutū conſcendens/nullo tuo ambitu ad
hanc dignitatem vocatus atq; aſſumptus es. Ducit itaq;
nos om̄s tua equitas in ſpem cōſequende tranquillitatis/



quā cuſtodem eſſe noſti ſine qua nec libera noſtra mēs eſt/
nec ſtudio cognoſcende veritatis incūbere quiſq; pōt. Illđ
mediuſſidius ingenue dixero/duo eſſe ꝙ̄ ſcholaſticos in ſtu
dio litterarū cōtineant. vacationem a turba ⁊ negocijs ſe=
cularibus: et alimentorū frugi ad mediocrem vitā ſuppedi
tationem. Rerū enī ſtrepitus a contemplatione diſtrahit.
egeſtas hoīem abſterret: dū preſſus inopia cogitur mendi
citatis ſuffragio neceſſitati conſulere. Haud facile inquit
ſatyrus aquinas/emergunt quorū virtutibus obſtat res
anguſta domi. Et iterum

Magne mentis opus/nec de lodice paranda
Attonite/currus et equos/facieſq; deorū
Aſpicere. et qualis rutilū confundit erymnis
Nam ſi virgilio puer et tolerabile deſit
Hoſpiciū: caderent omnes a crinibus ydri.

¶Et illud quidēꝫ a te ſepe lectū auditūq; eſt: moyſen a mō
te ꝯtēplatiōis ꝓpter obſtrepentē ⁊ tumultuantē in caſtris
populū deſcendiſſe. Beatos etiā noſtre fidei duces apl'os
miniſtrandis menſis dyaconos ſeptem p̄feciſſe: vt curis va
cui/vite verbū liberius p̄dicarent. Nōne cū annone carita
te tota egyptus laboraret: ſtipendia atq; annonā ex publi
co ſacerdotib⁹ rex pharao ꝯſtituit? Simile dryudibus gal
lis: ſil'e gymnoſophiſtis apō īdos factū eſſe ⁊ ceſar ⁊ ſtrabo
noīatiſſimi ſcriptores tradūt. Nr̄is aūt ſcholaſticis annos
iā duos ⁊. xx. vix licuit quieſcere: vix beneficiolū ſine diffi=
cillima lite aſſeq̄ ꝑmiſſū eſt. Quinimo ij q̄b⁹ hec vrbs velut
domiciliū ⁊ quies ad cōꝑandā doctrinā eſſe dꝫ: ex ea ꝑ euo
cationū inq̄etudines abducunt. Quā vero in eccleſijs ꝓ=
motionē cōſecuti hacten⁹ ſūt/aut poſthac ꝯſeq̄ ſperent fa=
cile om̄s intelligūt. Epoꝝ nepotibus ⁊ ineptiſſime īterdū
familie ecclie cōferunt. Eam ob rem de duodecim ſchola=
ſticorū millib⁹ vix totidē hodie videmus cēturias. Itaq; ſi
cut ſuffoſſis aggeribus/⁊ dirutis muris hoſtes ꝑuo labore
vrbem inuadūt: ita mutilatis priuilegijs ⁊ opp̄ſſis nr̄i ſtu=
dij libertatibus: neſcio qui edaces ⁊ cōpotores coquinarij/
nulliuſq; penſi homīes/ſtudioſiſſimos quoſq; impetūt. im=
petitos extrudunt/extruſos ꝓcul a litteris agunt. Inter
has tempeſtates ⁊ moleſtias circūſpectiſſime iudex quem
animū ad diſciplinas miſeros ſtudentes habere confidis?

Quibus tñ turbinibus qꝛ vno iã memorabili iudicio occur
riſti: gratias quantas grata mens vlla põt noſtra omĩs vni
uerſitas tibi reddit. Teqꝫ quẽ velut patronũ ⁊ ſpei ſue an=
choram conſpiciunt vniuerſi orant: vt qđ de reducenda ad
curie ſenatũ cauſa cãcellariatus cõtra theologorũ incepta
tionem cepiſti id ꝓpere abſoluendũ priuſq̃ꝫ hinc abeas cu=
res. Proxime ei inſtant tp̃a cũ eius dignitatis officio ſcho
laſtici indigebunt. dũ aliȷ̇ atqꝫ aliȷ̇ licentiã / aliȷ̇ doctoratũ fe
ſtinabunt adipiſci. hoc pacto odia / ſimultates / quas ira et
indignatio multorũ animis impreſſerunt ſopientur. et iȷ̇ q̃
turbatione egri nunc a tibi exhibita congratulatione ſeſe
auertunt / penitentia factorũ emolliti ad cõe ſue matris do
miciliũ reuertent̃. Jam vero qꝛ ad calcem orõnis feſtina=
mus / id quod de promouendis ad eccleſiarũ dignitates la
tius dici poſſʒ / cure tue ſit ſpem reddere bene merentibus
alicuius poſthac beneficiȷ̇ conſequendi. Hac tantũ expecta
tione animati ad ſua collegia refluent iȷ̇ qui per ſuperioris
tp̃is moleſtias hinc euolauerunt. Jd autez facile factu erit
ſi priuilegiorum reſtitutione firmatos: ſi euocationũ gra=
uiſſimis moleſtiȷ̇s et impenſarũ diſpendio liberatos: ſi be=
neficiorũ ſubſidio per regis magnificentiã ſe iuuandos ĩtel
ligent. Memineris igitur dũ celebrem hanc ſtudiorũ nutri
cem tuo preſidio fouebis adepturũ te nomen glorioſum.
Multi enim litterarum amore conſtructas a ſe bibliothe=
cas copia voluminum ornauerunt. Jn quibus eſt ptholo=
meus et eumenes. pollio quoqꝫ aſinius / et apud athenas
piſiſtratus gloriam ſunt non minimã conſecuti. Tu vero de
conſeruandis propagandiſqꝫ ſcholaſticis et doctis homini
bus ſi curã excipies: tanto fulgentiorem gloriã et laudem
conſequeris q̃ꝫto maius eſt ſapientes homines q̃ꝫ libros cõ
ſeruare. Glorie igitur ⁊ fame nominis tui ita conſulas ora
mus magnificentiſſime iudex: vt nulla re magis q̃ꝫ in tuen=
da noſtra id eſt litteratorũ libertate et prouectione exiſti=
mes tibi et poſteritati tue laudem paritururũ. Quam vt au=
geas / auctam retineas / retentã cũ incremento virtutũ lon
giſſime poſſideas optat modeſtiſſima parẽs noſtra: que ſe
ſuoſqꝫ alũnos omnes tue iuſtiſſime equitati cõmendat.

¶ Lodoico ep̃o xantoneñ. Ro. ga. S. xxxix.



CUm ꝓpter fortune (vt ipſe iudicabã) iniqui=
tatem me plus ſolito meror aliq̃ñ inuaſiſſet:
omniſqꝫ michi conſolator non modo dolorem
non leniret / ſed magis magiſqꝫ augeret: cepi
hoĩm declinare frequentiam. ⁊ crebris meme
ſuſpiriȷ̇s afflictare: tanq̃ꝫ ſupra humanũ morem ſors in me
aduerſa graſſaretur. Repetebam meſtus ex veterũ hyſto
ria infelices pleroſqꝫ / quos ab exordio generis hoĩʒ ad no
ſtram vſqꝫ etatem calamitate contritos acceperã. Jn quos
tam et ſi longe acerba mali conditio ſeuiſſet: ad meam tñ
relata / inferior minuſqꝫ amara illa videbatur. Veniebant
michi protenus in mentem recentiores plurimi / quorũ cuʒ
ego nũc generis amplitudinem / nunc vite ſanctimoniã / vl̃
excellentem doctrinã mente reuoluerem: ſubirentqꝫ demũ
q̃ me viuo atqꝫ inſpiciente prelia ⁊ contuſiones fortune ipi
ꝑtuliſſent: non me modo miſellũ: ſed totã hoĩm ꝓpaginem
fluctibus oĩo aduerſitatis mihi doluit agitari. p̃ſertim vbi
neminem reperias / quem ad extremũ comitata fuerit ſine
penitentia felicitas. imouero quem mala ſors crebris non
offenderit interuallis. Eniuero nec dignitate quempiam /
nec diuitiarũ affluentia / ſed nec amicorũ p̃ſidio defenſum ĩ
telliges. Jtaqꝫ vel intra domeſticos parietes naſcit̃ iniqui
tas. vel turbo aliq̃s vehemens quẽ nec videas / nec ſuſpice
ris foris ĩſurgit. Qui ſi (qđ ꝑrarũ eſt) ꝑſequi deſiſtit: ĩnq̃es
nichilominꝰ interdũ animus ſeditionẽ parat. nec tantiſper
dũ extero carent hoſte mortales / beato eos ocio frui ſinit.
Diſſidet enĩ ſibi nõnunq̃ꝫ homo. et demee terentiani inſtar
affligit ſemet / atqꝫ excruciat. His ergo ⁊ multoplurimis cõ
tinenter incõmodis cõflictari hoĩes cũ ꝑmoleſte ferrẽ / vt
acerbitati tandem meſtitudinis non nichil medicaminis ⁊
cõſolationis ex ſtudio litterarũ adhiberem: tentaui victus
ferme impacientia querelis grauioribus miſerã hoĩm con
ditionem in contẽptũ adducere. Fit enĩ plerũqꝫ / vt cui ma
lo preſentaneũ non ſuccurrit remediũ: acrior illud furor et
ſthomacatio quedã aut mitiget: aut tollat. Paucis igitur
carminibus grauiores hoĩm incõmoditates perſequi et cõ
plecti michi viſus ſum: quaſi incitatam indignationẽ / alia
atqꝫ alia ſuperadiecta indignatione ſanarem. Verũ vbi a
furia mens fatigata quieuit: carminis memor dauitici / ve



133938

rũtamen in imagine pertranſit homo ſed fruſtra contur=
batur: caligantes indignatione et merore deiectos oculos
mens extulit. et dei recordata delectata eſt: triſtemꝗ vt eſt
apud pſalmiſtam ſcopuit ſpiritum: reminiſcens miſeratio=
nũ dñi. qui in militiam profectum homĩem laboribus eum
et pugnis exercet: ne ad beatitudinem deſtinatum ſempi=
ternam / tranquillam inter fluctuantis vite procellas re=
quiem ſe nacturum expectet. ſed peregrinari ſe tanꝗ adue
nam intelligat / cui nec terra ſit nec ciuitas perpetuo inco=
lenda. Sciatꝗ dicere cum propheta. Incola ego ſum in ter
ra. et peregrinus ſicut omnes patres mei. Quo fit / vt pro
vite breuitate intendat animũ ſemper vltra hec incorru=
ptibilia proficiſci. et non occupari marceſcentibus celeri=
ter bonis. ſed explicare ſe ſeculi ſollicitudinibus. vt quic=
quid blandimenti voluptas / vel terroris inimicus: vel car
nis grauedo deſidie obiecerit / id calcatum exuperet / cer=
tus omino mortem tranſitum eſſe in vitam felicem ⁊ nunꝗ
deſituram. Cui ĩmortali vite per aduerſa comparande ar=
ma atꝗ adminicula cum rationis tum dei ſicuti accepit / ita
illa ad ſe tuendum exercere poteſt. Accedunt ad hoc infi=
nitorum penevirorum atꝗ mulierum preclara certamina.
quibus nec nature / nec ſexus infirmitas ſic offuit: quin por
tentorum ſeuos incurſus in ſe exceptos peruicerit. Tali=
bus profecto antidotis conceptum cum furore errorem ſo
latus ſum. Et quod mecum indignabundus p̄mũ / dein=
de quietior factus cogitaueram longiuſcula elegia cõcluſi.
Que ſi aliȷ̃s ad ſimilem temperandũ furorem non prode=
rit: michi nichilominus aliquantiſper valuiſſe non negaue
rim. Tu vero reuerende pater hec ita legere poteris / vt ꝗ
uis ſanguinis nobilitate et pontificia cumulatus dignita=
te fortune temeritatem facile deſpectes / aliorũ tamen ſor=
ti calamitatiꝗ pro ſacerdotis miſericordia cõdoleas / apo
ſtoli ſcilicet verbo cõmonitus: Quis ſcandaliſatur: et ego
non vror? Pariſiȷ̃. iiiȷ̃. idus Februariȷ̃.

## Robertus gaguinus Joanni magiſtro regio aduocato. S. ep̃la. xl.



Quam ſum cupidus pacis in ea lite q̃ de bacca
lariȷ̃s nr̃is diu agitata eſt vir optime ip̃e noſti
Nulla enĩ alia re cãm ꝓmouere diſtuli magis
ꝗ ſpe ꝯponẽde cõtrouerſie. q̃ in manibꝰ ꝓpe
haberi videbat̃ / ſi nulla ſimulatione nr̃i te ad
uerſariȷ̃ fefelliſſent. Nã cũ multos dies traxiſſꝫ te ille rober
tus negociorũ ſchole geſtor: heri ꝗ neſcio qua vana ſpe me
illuſit: renũcians ꝯuẽturos hodie apud rectorẽ deputatos
iudices a q̄bus q̃ſtio tota finiret̃. Verũ expleto ꝯuiuio: cũ
ſciſcitarer rectorẽ ⁊ cõuiuas q̃ illorũ eſſet de cõuenturis ar
bitris ſententia: ſeſe alterutrũ intuentes / q̃d ip̃e vellẽ ſe ne
ſcire r̃ũderunt. Quobrem ſenſi Robertum illum verba de=
diſſe / ⁊ circũueniſſe me dolo malo. Igitur tue diligentie et
cure ſit / meminiſſe humanitatis ⁊ benignitatis collegiȷ̃ no
ſtri decretorũ / moras aduerſariorũ tam equo animo tole=
rantis. vt eos ad quandam iuris equabilitatem prouoca=
ret. Nunc quia in eas anguſtias perduxerunt nos: vt ante
feſtos dies dñice reſurrectiõis lis terminari vix poſſit: tẽta
bimꝰ ex collegaꝝ nr̃oꝝ ſententia curie ꝓuidentiã adire / q̃
ſuo iudicio hmõi cõtentionibus ⁊ dolis inimicorũ occurrat
Vale. Apud diuũ Maturinũ Parif. iȷ̃. non̄. aprilis.

## Guillermo de ruppe forti cancellario fran cie ſtudii pariſieñ. vniuerſitas. S. xli.

Magno turbine curarũ agitati magnifice cãcel
larie cogimur rebus ⁊ quieti nr̃e cõitatis cõſu
lere. Nõ enĩ tanta nos aliq̃ñ inq̃etudine labo=
raſſe meminimꝰ / ſed nec angariatos eſſe vecti
galibus / ꝗadmodũ nos nr̃oſꝗ clientes ⁊ offi=
ciarios p̃munt iȷ̃ q̃ regiȷ̃s tributis p̄ſunt. Quos ⁊ ſi crebris
cõuentionibꝰ interpellauerimus: aſperiores inde facti: nõ
vnũ aut alterũ ex noſtris ſed plurimos ſine diſcrimine con
ditionis ſeruili quadam exactione contriſtant. Et his qui=
dem incõmodis afflicti / cum libertatem noſtram more ma
iorũ vindicare decernimus opp̄ſſores noſtri ad regiã nos
maieſtatẽ ita detulerunt: quaſi prohiberemus perſoluere
fiſci rõnem. Qua accuſatione ꝗꝗ non eſt viſa maieſtas in=
dignari: nobis tñ ꝯpertũ eſt longe alia de nobis accepiſſe:
ꝗ noſtrã in maieſtatem eius obſeruantiã decet. Quobrem

parlamenti ſenatus nos ad ſe accerſitos cõquerentes audi-
uit. Audiuit contra aduerſariorũ criminationes. nec regi-
os pretermiſit aduocatos / qui pricipis maieſtatẽ tuerent.
Neqꝫ his conſultationibus vulneri adhibita eſt curatio.
Agimur velut libertas noſtra peſſum iret. Qua ſicut reti-
naculo ⁊ ſolidis neruis noſtra cõitas cohereat: illã diſſolui
ꝓpe diem neceſſe eſt: niſi ille a cuius iuſtiſſimis progenito-
ribus cepit exordiũ / fauſtus felixqꝫ ſubueniat. Propterea
publico noſtre cõitatis decreto: hic noſter orator ad regeꝫ
proficiſci iuſſus eſt: qui veſtro patrocinio vt ſperamus ad-
ſutus innocentiã noſtrã regie celſitudini manifeſtet. liber-
tatem procuret / ⁊ litterarũ conſulat ocio. Sit igitur veſtre
benignitatis cauſam tueri ſcholaſtice libertatis / que cum
fere ablata nobis ſit: alia nobis eiꝰ recuperãde ſpes nõ eſt:
niſi quã rex piiſſimus veſtra diligenti cura reſtituet. Vale-
te. Pariſii pridie nonas martii.

## ¶ Robertus ga. Ambroſio cambrayo. xlii.

TOlentem me ad te aliquid ſcribere dehortat
turbulentia noſtre tempeſtatis: in qua totis
momentis arma cõcrepitant. Occurritqꝫ ma-
xime illud angerone ſimulachrũ cui ob cauti-
onem taciturnitatis ori digitus adherebat.
At cũ per orbem xpianũ aĩo circũferor: repu-
tans quot vndiqꝫ bella circũſtrepunt / vix impero michi ſi-
lentiũ. miſeretqꝫ imprimis noſtrarũ galliarũ. Quibus dũ
ob vnius hoſtis interitũ ſperabatur quies / inde tumultuo-
ſior concitat inſania. Cuius rei ſi quis deprehenſas rõnes
perſcribat: audere nimiũ putabitur dũ principũ acta cõtra-
ctat: quorũ introſpicere archana ꝓpe piaculũ eſt. Ineſt tñ
hodiernis rebus late patens ſcribendi ſeges / que ad cumu-
lũ virtutis et glorie ludouici meti et colligi poſſit. Nam ſi
vtrãqꝫ ſortis faciẽ ſpectes: nõ deerũt fortune regis vł miſe-
ratõis vł felicitatis exẽpla. Quippe q adoleſcentiã egit ſũ-
mis piculis obiectꝰ: dũ hinc ad dieppam: illĩc ad heluetios
iuſſa patris exequitur. Nec ſequens etas caruit inſidiis.
dũ in brabantiam ad philippũ malignantiũ calũniis extru-
ditur. Sed nunquid regno potitus vitam egit tutiorem?
Nemo regũ oĩm frequentiore pompa in regnũ venit. Ne-



mini fuit ſacra vnctione delibuto gratulatio feſtiuior: con-
currentibus ſponte regni primatibus ad nouũ et quaſi pri-
us proſcriptũ regem ſalutandũ. At poſtq̃ rẽpublicam ge-
rere cepit: vix credibile eſt / q̃tum mox fuerit dolis / et diu
celatis odiis ſuorum impetitus. Quot deus bone caſibus
ereptus eſt? Pudet me profecto fortune iniquitatis / que
hoĩem ad regnũ natum tot continent aduerſitatibus affli-
xit. Nec adhuc abſtinet moleſtiis. ſed maturi iam eui re-
gem implicat bellicis tumultibus: cũ laſſe nimiũ plebi fer-
re preſidiũ maxime optaret. Illud preter cetera non fero:
ab angulo illo burgũdi comitatus cladem noſtro militi af-
ferri. extenuari noſtris famam glorie militaris. Increſce-
re hoſti et alemãnis predonibus animos: vt breui manu re-
gias incurrere copias auſint. Indignor ipſe hec. ⁊ de fortu-
na ipſe queror: que vni huic regno quietem inuidere vide-
ri poteſt. Miraberis ſcio cur hec ſcribo. Mirere deſidiam
magis ne dicam ignorantiã noſtratiũ ſcriptorũ quibus ad
res gloria digniſſimas animus non incaleſcit: patrie cala-
mitates complorare. ſeqꝫ ſaltim tollere ex obſcuro: dũ prin-
cipis geſta litteris illuſtrare poſſunt. Semper herculem et
theſeũ grecia: romulũ et ſcipiones roma ſemper nobilitat.
Tumultuanturqꝫ autores exempla proferre de romanis:
quos et ſi fortuna prouexit: reddit eos quoqꝫ vbertas ſcri-
ptorũ auctiores. Noſtros vero vel reges / quorum non eſt
laus inferior ceſaribus / vel in omni fortuna probatiſſimos
homines quibus francia non orba eſt nemo in lucem tollit
ſplendore litterarũ. Quis hoc ferat: petere ex longinquo
ſemper que laudes atqꝫ imiteris: ea vero negligere que in
ortis et domi tue naſcuntur? Sit nicias: ſit alcibiades illu-
ſtris: ſit camillus: ſit annibal glorioſus: efficatiora tñ exem-
pla nobis eſſe debent / que noſtra non aliena reſpublica cõ-
parauit. Volo clodoueum / volo lotarium / volo pipinum
qui rem francam auxerunt recorderis. nec poſthabeas ve-
lim recentiores Carolũ dico patrem / ⁊ ludouicũ qui nunc
liliis p̃eſt. In quibus ita ſe fortuna variis modis exercuit:
vt ſi alias ſepe: in hiſipſis tamen regibus bifrons maxima
viſa ſit atqꝫ verſatilis. horũ proculdubio rebus geſtis po-
tius q̃ furii aut fabii monumẽtis iuuare honeſtare augere
franciam poteſt quiſquis patrie amore ducitur et gaudet

maieſtate. Ceterū hanc contentionem meam om̄em vno fa
cile verbo aliquis ademerit. afferetqꝫ illud marcialis
In ſteriles campos nollunt iuga ferre iuuenci.
¶ Nam exundantem rerū copiam francos reges prebuiſſe
negat nemo. Nec defuiſſe ingenia que illorū geſta ſcribe=
re voluiſſent. Sed quis ſuam operam locauerit: vbi fame
crucietur? Cum deeſt merces: iniucūdus eſt labor. Ariſto=
teles cū animantiū naturas ſcrutatur: alexandri nitebatur
auxilijs. Virgilio dulces camenas meditanti cum mece=
nas: tum octauius non defuit. Et pliniū dum nature texit
hyſtorias tyti munificētia ſubleuauit. Si quis ergo ad hūc
modum ſcriptores iuuabit / non iacebunt res geſte franco=
rum: ſed referentur in ſplendorem nunq̄ꝫ deſiturum. Vale
Apud pariſios. xij. kal. iullias

## ¶ Robertus gaguinus Epiſcopo Lingoneñ. S. epiſtola xliij.

ARchidiaconus eccleſie veſtre euſtacius hinc
diſcedens me rogauit: ſcribere ne veſtre dña=
tioni aliquid ſtatuiſſem. Quod tam et ſi ma=
xime cupiebā: longioribus tamen litteris ab=
ſtinui / ꝙ homo perfamiliaris et vobis fidus
nichil eorū que noui ipſe ignoret. De rebus enī a nobis ro
me geſtis / et quo ſint ordine regi nunciata fidem facere po
terit euſtacius. qui quo ſtatu reſpublica verſetur: et quo in
nos aīmo exteri ſint / cum ſuſpicari poſſit: rem facile omnē
expediet. Vnū addam noui quidem exempli. Eſt ſtepha=
nus lupus qui regi ludouico obſequētior q̄ꝫ par erat fuiſſe
criminatur. Multorū enī flagitiorū conſcius imouero au=
tor dictus eſt. Hic patrono rege vita defuncto: ꝛ ſupplicio
addictis daniele atqꝫ oliuerio nequiſſimis ſatellitibus: cuꝫ
ſe peti intellexit: in edes regis apud vicēnas tanq̄ꝫ in aſylū
ſuffugit. Vbi principis maieſtate protectus: cum nec vite
ſue conſultū ſatis hac eſſe ratione crederet: pecunia cuius
diues erat ſalutem comparauit. obtinuitqꝫ interuenienti=
bus quibuſdam aulicis / regem ſiluanectum proficiſci. vbi
in carcerem coniectus per noui principis aduentum / vna
cum reliquis ſceleratis carcere ſolueretur. Confectis poſt
liberationis ſue litteris: et rege ad pariſios reuerſo: addu=



citur in parlamenti curiam ſtephanus a cancellario qui ab
ſolutionis eius teſtis apud patres eſſet. Comitabatur reū
aulicus quidam aquitanus armatis contra vim ſi qua in=
ferretur ſtippatus. Qui iuſſi a ſenatu geſa deponere: in cu
riam admittuntur. Vbi pleno irruentiū hominū foro re=
citantur diplomata remiſſionis flagitiorum ſtephani. mi=
nora longe: q̄ꝫ fama erat hominem ſceleratiſſimū cōmiſiſſe.
Recitatis litteris ſurrexere de ſubſellijs complures aduo
cati qui lupi abſolutionem magnis rationibus impugnan=
tes falſo impetratas aſſerebant. Itaqꝫ audita ſunt ſilenti
pretorio agentibus cauſidicis inhumana facinora: preter
ea que in litteris erant ſcripta. Igitur dictis in curia ſen=
tentijs / ſtephanus cuſtodie traditur donec ſatis de crimi=
nibus feciſſet. Sed autore cancellario atqꝫ aulico qui ar=
matos deduxerat / triginta milliū francorum ſatiſdatione
exhibita reus dimiſſus eſt. Id ad vim proxime accedere
viſum eſt. Rumor preter hec ad ſtephani crimina iunge=
bat homīem quēdam agricolam qui ceruam in ambaſiana
ſilua clam occiderat ſtephano cum ſilue imperium haberet
fuiſſe delatum / eūqꝫ viuū cerui pelle inſutum / canibus ex=
poſitum / atqꝫ eos velut in venatione cornibus et clamore
irritatos homīem laniaſſe. Tanta eſt ferarum animantiuꝫ
nunc libertas: vt pro belue interitu bonorum publicatione
vel morte miſer captor mulctetur. Que tamen ſeueritas /
melius dicerem crudelitas / a ludouici morte mitigata eſt.
Vale. Pariſij kal. auguſti.

## ¶ Robertus gaguinus Epiſcopo lingoneñ. S. epiſtola. xliiij.

CEijs que hic aguntur quid certius ſcribam
omnino non habeo. Animaduerto tantū: flu=
ctuare omnia. et de ſuo ſtatu complures non
ſatis ſecuros eſſe. Diſcedens enim hinc bal=
lua cardinalis ad pontem ſancti clodoaldi ſe
contulit. vbi cum borboniorum duce perq̄ꝫ
familiariter conuerſatur / ita vt eiecto inde conſtancienſi
pontifice Gaufrido heberto ipſius principis coſtis indi=
uiduus cohereat. Conſiliator enim fuit nuptiarū que his

diebus de ipſo duce ⁊ filia/ducis nemoraci celebrate ſunt.q̇
bus (ſi fame creditur) hebertus obſiſtebat. Timent pleriqꝫ
cardinalis mores. ⁊ ne in grām veniat eorũ qui regis tute
lam gerunt. Heri fuit multorũ ad pontem ſancti clodoaldi
curialiũ cõuentus. Quid in eo actũ/nondũ vulgatum eſt.
Suſurrat mutationem quandā futurā de primoribus cõſi
liariis. Sed de iis q̄ in penetralibus regũ gerunt ſcrutari
non libet. Eſt albieñ. pontifex qui in ipſis archanis quotti
die verſat/⁊ nichil eorũ latet. Illũ tibi oīa q̄ ſcitu digna co
gnoſcit ſcribere puto. Illũ enī et pleroſqꝫ ſpectatiſſimos vi
ros cõueni. q̇ de deſignatis ad pontificē romanũ oratorib⁹
nichil transferendũ dicunt. Ipſe quoqꝫ ſagieñ. eṗs gobilo-
nus qui inter oratores ſe inſcribi obtinuit quicq̄ꝫ immutari
haud arbitrat. Et cancellarius quē ſepe adeo/viſus eſt mi
chi eadem ſentire. aſſeuerareqꝫ oratorũ deſignationem ita
ſtabilitam eſſe: vt inde nemo poſſit abradi: eorũ preſertim
qui ad legationem pecuniā acceperunt. Itaqꝫ oīa bene ſpe
rare me iuſſit. Pollicitus inſuper eſt/habito de pontifice
nũcio/protenus expediturũ oīa que ad rem noſtre legatio
nis pertinebunt. Que cũ ſint apud archydiaconũ euſtaciũ
repoſita: ille tuo honori ſtudebit diligenter. Ipſe nichil pi-
gritabor explorare ſi quid turbationis iſti rex nouatores
moliens. Vale. Apud pariſios. xv. kal. octob.

¶ Robertus gaguinus Guillermo de ruppe
forti Cancellario. S. epl'a. xlv.

GUydo baliſta iureconſultus hinc ad te diſce-
dens/⁊ ad viā iam procinctus/me de noſtro
in ludouicũ regem epigrāmate cõuenit. Ro-
gauitqꝫ eius fieri exemplũ qđ ad tuā magnifi-
centiā deferret. Quod et ſi maxime cupio: fa
cere non potui. Nam pridie q̄ꝫ diſcederet adieceraz pauca
carmina q̄ nondũ inſcripta erant. pollicitus ſum quantulũ
cũqꝫ epigrāma eſſet mittere exſcriptũ. Et qr tuũ iudicium
expectabam/non ſatis exploratũ habeo/ſi eum et meo ar-
chano illud dimittam. Sed quia audendum eſt aliquid/
etiam (vt inquit iuuenalis) breuibus gyaris ⁊ carcere di-
gnum: ego ventis vela pandi. lector vt volet ſenſum no-
ſtrũ ſcrutetur. Nam ſi ad verum hominis geſta annalibus



cõmittent: ducent in ſtuporem poſteros noſtros. Sed erit
ſemper qui aſſentabitur: qui fuco ⁊ fabulis veritatem ob-
ducet. ⁊ tanq̄ꝫ maieſtatem ledat etiā poſt fata non reuela-
bit quod geſtũ eſt. Quo fit: vt que adulationem habet hy-
ſtoria/a flagiciis non deterreat principantes. Qui enī fa-
me obſcenitatem timet: qui glorie ſplendorem amat/dum
maiorũ vicia legit a ꝓbris cauet. et viam qua laudari poſ-
ſit ingreditur. Sed nimiũ philozophati ſumus. Conſtans
apud nos fama eſt/te priſtinũ officiũ ⁊ dignitatē recepiſſe.
quāobrem tibi et fortune tue gratulor. nec ipſe ſolus ſum.
Omnes gaudent vehementer: ꝓpterea ꝙ de tua veritate
et iuſticia eam ſpem acceperunt: vt ex cancellaria cui preſi
deas nichil iniquũ exoriri poſſit. Aſſit tuis cunctis operi-
bus deus/cui ſimilis fias in conſiliis ⁊ rectiſſimis iudiciis.
Vale. ex pariſiis. iiii. kal. octob.

¶ Ad florentinos Roberti gaguini regis franco-
rũ Caroli octaui oratoris in cauſa Renati ducis lo
thoringie aduerſus Ferdinandũ neapolitanũ ora
tio. M. cccc. octuageſimoſexto. vi. idus maii. v.

CAius ceſar ſpectabiles et magnifici florentini
cũ ex apolonia brũduſium aliqñ nauigaret/⁊
cõmotis grauiter per tempeſtatez fluctibus/
aīaduertiſſet nauclerum de ſalute deſperare:
cur inquit o nauta timore cõcuteris? Ceſarez
vehis. Quo ceſaris ꝯfidentiſſimo dicto animus naute red
ditus eſt. Nobis aũt ex gallia a xp̄ianiſſimo francorũ rege
venientibus/ſimile quiddā accidit. Iter enī agentibus no
bis/nemo fere obuius erat/qui de periculis que per italiā
ob bellũ neapolitanũ eſſent/nos nō admoneret. Aduerſuz
quā formidinem/recordati nos innocentiſſimi regis man-
data ad populũ amicũ ferre/vanũ timorez abiecimus/ Ar-
bitrati de vobis id qđ de graui ⁊ conſtantiſſima gente de-
cebat. vos pro nouo videlicet ⁊ oīno non ſatis probato ho
mine/⁊ qui vobis infeſtiſſimus hoſtis fuiſſet/veterē et lon
ge ſpectatiſſimũ amicũ regem haud cõmutaſſe. neqꝫ vos a
pietate ⁊ cõmiſeratione aīm ſic auertiſſe: vt iniuriā paſſis/
ſuaqꝫ repetentibus opitulari recuſaretis. Quare de veſtra
ſapientia recte/vt par eſt/ potentiſſimi florentini ſperātes

litteras quas ab ſereniſſimo et eodem vobis amiciſſimo re-
ge ad veſtram magnificentiam accepimus / eas redde-
mus primum: mox ꝙ nobis preceptum eſt pauciſſimis ex-
ponemus / ita vt noſtre orationis neminem veſtrum perte
ſum iri poſſit.
¶ Xp̄ianiſſimus rex noſter edoctus q̄ꝫta amicitia ꝑ ſuperio
res plurimos ānos cū gente francorū coniūctiſſimi fuiſtis
ſpectatiſſimi florentini / eorū oīm que apud ſummū pontifi
cem ⁊ romanā eccleſiā ſuo noīe geſturi ſumus / vos īprimis
voluit a nobis fieri conſcios atqꝫ participes. Nam ſi ami-
corū oīa cōia eſſe pro veteri prouerbio decet / tanto magis
conſilia amicis pandenda ſunt / que pro criſpi ſententia fa
ctis debent anteponi. Itaqꝫ palā vobis eſt viri ſapientes /
qui ſtatus eſt hodierno tempore regni neopolitani. Quid
in eo iuris romana eccleſia hactenus ſeruauerit / q̄ꝫqꝫ ſe-
penumero varijs bellorū motibus fuerit agitatū / donec ex
decreto ſancte memorie cle. quarti Carolus illuſtris ande
gauorū comes regni ipſius ſceptra et gubernacula mode-
ratus eſt. ſed Alphonſus tarraconenſiū rex peſſimo ſciſma
tis tempore cum franci aduerſus anglos de vita atqꝫ impe
rio armis diſceptarent: Alphonſus inqꝫ neopolim (extur-
bato Renato) inuadere tentauit. quem eadem temeritate
ſecutus ferdinandus adiutore pio ſecundo / in regnū ſe in-
truſit. Nunc autem ſiue deus id velit / ſiue Ferdinandi cō-
miſſa / et ſceleſti mores meruerunt / eo res vergit: vt in ſu-
am naturam redire velle videatur / hoc eſt: vt regnum quo
de agimus in preclaros heredes andegauēſ. familie redu
ci facile poſſit. Habet enim ſuos circuitus rerum ordo. et
per vices fortuna nunc proſpera / nunc aduerſa variatur.
Iam enim mucro anathematis in iugulum hominis ver-
ſum eſt. Iam armis eccleſiaſticis impetitus Ferdinan-
dus: ad externa auxilia reſpicit qui fortune blandicijs e-
uectus / annos viginti ſe regem geſſit. Accepta propterea
bene gerendarum rerum occaſione rex chriſtianiſſimus et
ideꝫ potentiſſimus ſtatuit / ſuo iure fretus debitā ſibi here
ditatem ex faucibus inimici eripere. Que hereditas vt ad
nobiliſſimum renatum lothoringie et barri ducem renati
ſuperioris nepotem referatur: ſancte romane eccleſie au-
ctoritatem / veſtrūqꝫ fauorem potentiſſimi florentini adhi



beri ſibi maxime cupit. Quibus iuſtiſſimis ſuis votis ac-
cedere veſtra beniuolentia atqꝫ ope non temere confi-
dit. Nam (quod natura et lege inſtitutum eſt) exutos ſuis
rebus iuuare et vim patientibus ſubuenire / hec vna vo-
bis laus non deerit auxilium ferre ijs quos et amicos / et
ſua hereditate deiectos eſſe non ignoratis. Gratiſſimus
enim quiſqꝫ et ſi beneficijs ſuperaddere aliquid non vult /
ad antidota tamen (vt eſt apud iurecōſultos) aſtringitur.
Si autem ad ſuperiora longe tempora proſpiciemus: ſta-
tim illud nobis occurret: hanc florentiſſimam vrbem ve-
ſtram cum diruta eſſet / et ſuis membris deſtituta / fereqꝫ
ſimilis ſolitudini / a diuo carolo magno fuiſſe inſtauratam
Ita vt quam vrbis magnitudinem / et ſpeciem hodie in-
tuemur: eam in francos referatis acceptū neceſſe eſt. Nec
ab illo tempore alieni facti ſunt a veſtra amicitia franci /
nec ab eorum beniuolentia ipſi defeciſtis. Stetit enim in-
tegra plurimo tempore vltro citroqꝫ mutua dilectio. tum
aduerſus ferdinandum qui cum per tuſciam ducens / duo-
decim milibus armatorum agrum et caſtella veſtra vaſta-
ret / legatione veſtra Carolus ſeptimus excitus: dalphi-
natos et ſabaudos neſſorcie qui partes veſtras ſequeba-
tur aduerſarentur inhibuit. Quo regis edicto / et Ferdi-
nandus ad ſuos ſe recepit. et vos ſuperiores euaſiſtis im-
pulſis venetis fedus vobiſcum percutere. Et quidem ſu-
pra ducentos annos / cum piſtoriū a vobis defeciſſet: eam
francorum beneficio recepiſtis. Et poſt annos aliquot cuꝫ
vos premeret malateſta dux infeſtiſſimus: miſſo Galtero
quem athenarum ducem appellabant / veſtram rempubli-
cam franci tutati ſunt. Sed quid ego hec vetera cōmemo-
ro / cum recens illud ſit / quod ſupra decimum annū geſtum
eſt: Cum eſſet vobis aduerſus ſixtum pontificem bellum
formidabile: affuit vobis promptiſſime ludouicus vndeci
mus / qui ſuis in cauſam veſtrā oratoribus ſecundo miſſis:
tādiu conſilio et fauore vos iuuit / donec ad meliorem cōdi
tōeꝫ res vr̄a ꝯuerſa eſt. Hec cū nota vobis ſunt: pientiſſim⁹
rex ſperat: penſaturos vos beneficiū in ea re quam iuſtam
eſſe cognoſcitis. quā preterea dum viueret renatus aliqñ
defendiſtis / quāqꝫ ita perſequendā oīmodo rex ſtatuit: vt
eam (integrā ſui honoris eſtimatōe) relinquere non poſſit

Sed hoc vnū non ſine admiratione accepit / que cauſa ac=
ceſſit: vt ferdinandi fortunā ſequentes / filiū eius receptuz
apud vos ſic foueatis / vt poſthabita veteri francorū ami=
citia / oblitteratiſq; odijs / que vobis olim cum ferdinando
fuerunt reducere illū in alienaz hereditatem preter fas co
nemini. Poſſem hoc loco multa de iure / de equo et bono
diſputare: ſed quia non apud iudices ſed apud amicos di=
cimus / rerum capita tantū attingo. Prouidete ſapientes
florentini: ne hoc tempore cauſam iniuſtam foueatis / que
quid non magis nunc eſſe iuſta poteſt q̃ tum erat cū renati
partes diligenter curabatis. Eadem cauſa repetitur. ean=
dem et vos iuris rationem intueri ⁊ ſequi (quia iuſti eſtis)
oportet. Renatū conſtat fuiſſe de regno eiectū. Ferdinan
dū armis intruſum. Non poteſtis ſine labefactatione no=
minis veſtri antiquo hoſti / et in alienam poſſeſſionem vio
lenter irrūpenti ſocia arma coniungere. Non poteſtis ne=
poti renati qui veſtro quondam patrocinio vſus eſt fauo=
rem et gratiam veſtram ſuſtrahere. Non poteſtis iuſtiſſi=
mas interceſſiones xp̄ianiſſimi regis / cuius predeceſſores
frequenter beneficos experti eſtis / integra amicitia reijce
re. Q; ſi (vt fama eſt) ideo ad ferdinandū reſpicitis quia ſu
ſpectam habetis potentiā pontificis / qui vos hinc per fla=
miniam: hinc per tuſciam circūambit: nō improbanda hec
veſtra ratio videretur / ſi aduerſum aliquā ſecularem ptā=
tem eſſet ſuſcepta a qua videlicet tanq̃ a tyrānide cauere=
tis: ne occupatis agris veſtris tolleret ſimul ex vrbe veſtra
libertatem. Sed quando moris fuit eccleſie / predari et ca=
pere aliena? Nuſq̃ a me lectū eſt id feciſſe ſeruos dei / quo=
rū imperiū in religione et celeſti cultu magis q̃ in terreno
potentatu conſiſtit. Tunc eni capere arma ſolet romana ſe
des: cum aduerſum eam peccator quis et contumax inſur=
git / cū de rebus repetūdis agitur non de inuadendis alie=
nis. Quo caſu non illi repugnare ſed reuerenter auxiliari
optimus quiſq; xp̄icola debet. Et certe qui iuſſa pontificie
maieſtatis temeritate aliqua p̄uaricati ſunt / eos peſſimus
occupauit interitus. At ſi ita in aīo fixū eſt aduerſari romā
nis ne ſuperiores euadant adiecto ſicilie regno: offerimus
ecce vobis homīez ex amicis quondā veſtris (renato dico
rege et filio eius ioāne progenitū) qui ſuperioris amicitie



et proprie virtutis memor / cum paternā hereditatem vo=
bis iuuantibus receperit a ſocietate / ab amicitia / a fide nō
deficiat. Quippe qui compertum habet francos vobis ſic
coherentes eſſe: vt vobis neglectis / amicū regem habere
non poſſit. Eſt preterea preclariſſimi ducis tanta benigni=
tas vt ad hunc vſq; diem viſus fuerit nemini aduerſus / a
quo minimū beneficiū acceperit / colitur profecto mirū in
modū etiam ab ijs quibus nomine tantū cognitus eſt / tum
propter animi eius preclaras dotes / tum ꝓpter inſignem
memoriam Godeffridi de bullione a quo ducit originem /
tum inſuper propter egregia facinora que ipſe noſtra me=
moria geſſit / quorū recenſionem hoc loco facere / ſuperua=
caneū foret / cum geſtarum ab eo rerum memores ipſi ſitis
Itaq; ipſe qui francus et natione et animo eſt vobis inimi=
cari non poterit: niſi francos offendat / quorū auxilijs here
ditatem et paternū regnū recipere feſtinat. Quin potius
de hoc illuſtri duce ſic eſtimare debetis: ſi veſtra ope adiu=
tus voto potiatur / vos in eo / quoddam vobis et fortunis
veſtris preſidium comparaturos / quod vel hoſti oppone=
re / vel cōpetitoribus interceſſorem poſſitis adhibere. Ta
lis profecto vobis futurus eſt: qualem vel beneficio / vel ir
ritamēto illum feceritis. Nam ſi reiectus a vobis erit o flo
rentini cum in primis francum regem ſibi maxime adiuto=
rem habeat / tum accedet illi ſancte romane eccleſie digna
tio / accedet italie primarius potentatus venetorū / nec de
erit magno animo populus genuenſis qui pariter omnes
exoſum cunctis hoſtem ferdinandum in extremas terras
abigant. Quandoquidem igitur aut in amicitia cum fran
cis perſiſtendum eſt vobis / aut cum ferdinando multas ini
micitias ſubire neceſſe eſt: animaduertite vtrum malitis
aut cū amico frācoꝝ rege iuuare renatū dū cām debite ſibi
hereditatis armis ꝓcurabit / aut extremā fortunā expecta
re hoīs iam in miſeriā ⁊ calamitatem ſua culpa īclinantis.

¶ Robertus ga. Pino. S. epl'a. xlvi.

Legi tuam pine nō ſine voluptate epl'am ⁊ car
men. Vtrūq; ei ſalibus conditū eſt. Que mi=
chi eo iucūdiora fuerūt: ꝗ martinus meus te
vt ad me hec dares admonuit. Hinc enim cō=
iector illum plus animi ad litteras habere q̃

ſperabam:maxime qꝛ tua conſuetudine et cõtubernio vtiꝝ
qui michi videris (vt vere es) bonis diſciplinis inſtitutus.
Indecora nãqꝫ neqꝫ ĩpolita tua orõ eſt. q̃q̃ blandiuſculus
es: dũ me nimiũ effers: ĩ quo minimũ eſt qꝺ laudare poſſis.
Nichil mediuſfidius pine minus cupio q̃ circũferri ꝑ hoĩꝫ
cõciones/⁊ varijs exponi ſentẽtijs/ĩmouero ludibrijs plu
rimorũ. Scindiꝝ inq̇t maro ſtudia in cõtraria vulgus. nec
quid rectũ ſit aut prauũ ĩuidia diſcernit. Hodieqꝫ ob bene
dicendi opinionem tã multi gloriabũdi incedũt: vt felix ſit
quẽ nulla a tergo/perſij cyconia pinſit. Quare iã diu q̇eum
ꝓdere in publicũ ſi q̇d lucubrandũ ſuſcepi/hõ ſcꝫ ad canos
perductus cui inter eas q̃ adoleſciũ ſunt artes verſari non
cõuenit. ſꝫ magis aptare ſe doctrinis celeſtibꝰ in q̇bꝰ ⁊ ſpũs
et vita eſt. Quare minime timoratũ eſſe te opꝫ ſcribere ad
me q̃ voles. deſij ĩuidere. Et q̃ alij ediderũt calũniari nõ di
dici. Oblectat me magis ſtudiũ adoleſcentie tue: cuiꝰ rudi
menta ſi ꝑſeueres non illaudatã conſũmationem habebũt.
Urbanitatis plurimũ atqꝫ venuſtatis iam tibi compaſti.
quã dicendi ſcribendiqꝫ conſuetudo et bonorũ autorũ le=
ctio confirmabit. Sed fruſtra huius te rei admoneo/quem
melioribus preceptis eruditũ delyus et muſe ſublimem ve
hunt. Uale. Ex maturinis pariſiorũ. Idus marcij.

¶ Robertus gaguinus Guillermo de ruppe
forti Cancellario. S. epl'a. xlvii.

VIx riſum cohibeo/fortune nichilominus ĩfen
ſus. Cogor ſenecte proximus eſſe curialis. et
ad reſpublicas ex ocio religionis aduocor/
quem iuuenta florentez/⁊ cupidũ glorie/nul
lus fauor in curiã admiſit. Quod ego quideꝫ
(niſi me aliorſum duceret pietas xp̃iana) fatis ĩputarem.
Nam quo maxime aĩm intendas pertingere non poſſe: vn
de vero te ſtudioſiſſime auertas ĩuitus rapi/fortune habꝫ
admirationem non paruã. Sed bene dei placitis non repu
gno. Audiam (inquit ſanctus dauid) q̇d loquaꝝ in me dñs
deus. nec iubenti regi aduerſabor. Tantũ illud moleſtũ mi
chi eſt de exactis laboribus integrum ſtipendiũ non acce=
piſſe: ⁊ alijs rurſus ĩpenſis ꝑmi: queꝫ nullo adhuc beneficij
munere rex decorauit. Atqꝫ vt prudentie tue aĩm ingenue



patefaciã meũ in cõmendandis dũ tp̃s eſt amicis videris
paulo frigidior. ita vt qui in te aliq̃n/et reuera pre ceteris
cõfiderem: ipſe nũc fere deſperans: oĩ ſpe deſtituor. Ea eſt
ꝓfecto curie natura: vt licꝫ diligentia quis añcellat: niſi tñ
terreſtribus deis quorũ cõſilijs regna aguntꝝ adiutus erit:
hereat areſcatqꝫ neceſſe eſt. Alios ſiquidẽ aſſiduus labor:
repentinus alios ⁊ antea inſperatus principis fauor: alios
amicorũ ſubſidia vehũt. Labori aũt noſtro nec amicorũ au
xilia nec pr̃icipis gr̃am auguror aliq̃n rñdere. Iam ꝫ tanď
exurge ⁊ cui ſuſcipiendis honeſtis laboribus cauſas attuli
ſti: conare eũ regia munificentia cõſolari. Nulla enĩ littera
rũ amatoribus ſpes mercedis relinquiꝝ: ſi tuis illos deſti=
tues auxilijs. Uale. Ex bononia. iij. idus iullij.

¶ Robertus gaguinus Guillermo de ruppe
forti Cancellario. S. epl'a. xlviii.

REcte admodũ de meis lr̃is diuinaſti. que per
fraterculi incuriã tue ꝑſtantie reddi non po=
tuerũt. Non enĩ quicq̃ꝫ ꝑter meũ in rẽpublicã
ꝓpenſum animũ ſignificare debebã. Nec aliď
oĩno eſt qꝺ a me (etiã ſi magnis calamitatibꝰ
patria ꝓmeretur) ꝑſtari poſſit. Qui ei neqꝫ corporis viribꝰ
neqꝫ diuitijs ꝑſtant: aĩ tñ rectitudine ſi valent/beneficiũ pa
trie ſoluiſſe videntur. Eſt enĩ a romanis habita anſeribus
gratia ꝙ inſilientes in capitoliũ gallos ſuo reuelauerũt oc
centu. Nec parũ cõmodi confert ad ſpeculandũ miſſus: cũ
mouere hoſteꝫ renũciat: vt qui in ꝑſidijs ſunt/nichil per de
ſidiã poſtponant. Et mecũ equidẽ bene actũ eſſe putarem:
ſi meis multis ⁊ magnis itineribus aliquid cõi quieti cõpa
ratũ iri arbitrarer. Sed in curiã me vltro demigrare ſuper
uacuũ eſſe reor/cui nec alimentũ ex fiſco ꝯſtitutũ eſt. ⁊ plu
rimos in pẽdulo dies iſthic expectare/rei familiaris detri
mentũ eſt. Preſtolari igr̃ tuũ iudiciũ operepreciũ erit: ne me
celerius ingerentem labor aliquis ingratus ĩuoluat: aut in
ter aulicos fruſtra ⁊ temere oſcitantem ſuſpecta ambitio ri
diculũ efficiat. Quare age preſtantiſſime vir quid tuo po=
tiſſimũ roberto expediat litteris ſignifices. Uale. Ex lu=
tecia Pariſiorũ. iij. noñ. Aprilis.

¶ Ro. g. Guillermo de ruppe forti cãcellario. xlix.

NUnqꝫ me fallet non recte cognita ſimplicitas.
habet ei inſidias religioſũ tegumentũ : ⁊ tum
maxime fallit: cũ fidem ſibi habitã putat. Ex=
pectabã ꝓculdubio cantuariũ illũ ſenem iter
ex ambaſia cõſtituiſſe pariſiũ cũ angliã repe=
teret. ⁊ illũ vt a rege iuſſus erã cõſequi maturabã. Sed cũ
ex ambaſia ad alterã ligeris ripam traieciſſem: iter illi eſſe
vindocinũ accepi. ⁊ inde ꝑ normaniã caliſiũ petituꝝ. Qua
re alterã viã igreſſus / vix ſũ aſſecutꝰ p̄cedentē. q̄ a collegis
ſuis ꝑſuaſus rothomagũ petere ſe dixit: ꝙ illac breuior via
eſſꝫ / p̄ſertim in angliã de ſua legatõe nunciũ ꝑferenti. Lau
data hoĩs magis q̄ꝫ volebã ꝓuidentia: pauca inter cõfabu
landũ de rebus ſue legatiõis cũ ſero maneqꝫ afferrem: ſenſi
aĩm homĩs exaſperatũ eſſe. tanqꝫ tegnas ⁊ dolos in vtraqꝫ
nr̄a ad regem anglũ legatione tuliſſemꝰ. ſe de cõponendis
rebus ideo minus ſperare: ꝙ ex ꝯtionibus aureliani / turo
niqꝫ / atqꝫ ambaſie habitis aĩos nr̄os a pace auerſos intelli
gebat: niſi ſub iugũ miſſos britones haberemꝰ. Quaꝫ rem
inq̄t quieſcentibꝰ anglis ſperare temerariũ vobis eſt. Ea ei
ꝯditiõe iter anglos britoneſqꝫ fedus ictũ eſt: vt de tuenda
britonũ cã rex anglus ſine iuriſiurãdi p̄uaricatiõe diſcede
re nõ poſſit. Et de mittẽdis ad britones auxilijs / oĩm in po
ſtremo anglie ꝑlamento fuiſſe vnã ſniam / regẽ ſuũ debere
cõibꝰ anglie ĩpenſis hãc obire ꝓuinciã. ⁊ quã ꝑ frãci regis
beniuolentiã nõ valeret: eã armis defenſaret. ideo fruſtra
a nobis ſuaſiões ex aduerſo fieri: cũ certo ſciret: nl̄lo pacto
q̄eturos anglos niſi britonibus eſſet melius cõſultũ. Se tñ
ꝓ ſua vocatione ea dicturũ ſemper q̄ ad concordiã ꝑtinere
iudicaret. hec ⁊ hmõi confabulantes carnutũ ꝑuenimꝰ. vbi
cũ ab hoĩe nichil qđ noſtre cauſe cõduceret extorquere con
fiderem / diſceſſio facta eſt. Ille ebroicas ego pariſiũ profe
ctus ſum. Uale. Ex ſtampis. xiij. kal. Aprilis.

¶ Robertus ga. Ambroſio cambrayo. S. .l.

MAior eſt indignitas peſſimi facinoris de quo
ad te ſcribo: q̄ꝫ vt rem oĩem ſatis cõmode ꝑ=
ſcribere poſſim. Omnis eñi cũ legibus mode
ſtia / pudor / reuerẽtia / ex nr̄o ſtudio exceſſit.
maiorqꝫ eſt in dies atqꝫ efferatior temeritas /



audacia / et improbitas eorum quos vulgo fratres briga=
toreſqꝫ appellamus. Delatos nempe / et bonorum hominũ
vt ſcis teſtimonio conuictos / cum eos priuationis pena
plectendos pleriqꝫ expectarent: relata ad noſtram vniuer
ſitatem cauſa: inquietiſſimi illi turbatores depoſita fronte
petulantes nouam turbam excitarunt. adnitentibus artiũ
liberaliũ profeſſoribus / qui de ſuis ſcholaſticis ius dicere
contendunt. Itaqꝫ conclamantibus qui accuſati erant : ſe
inauditos dãnari: deſignati ſunt ex ſingulis diſciplinarum
collegijs viri / quorũ iudicio vel corriperentur rei vel libe
rarentur. Id prouidit aſtucia eorum qui malis patrociniũ
ferunt: non ignorantes q̄ꝫ ignaue agantur que a deputatis
geri ſolent. Itaqꝫ q̄ꝫuis tertio deputatorũ edicto conuen=
tus habitus ſit: noua tandem cauillatione / inceptatio tota
quaſi ex compoſito irrita facta eſt. Nam cuꝫ ſententie dici
cepiſſent: flagitioſi illi magnis vociferationibus intercepe
runt patrũ ſuffragia. neqꝫ me modo: ſed te abſentem / com=
pluresqꝫ qui concioni aderant doctores atrocibus iniurijs
impetere veriti non ſunt. Adeo perijt ex nobis verecũdia
atqꝫ temperantia. Nec ex concione reijci vlla autoritate
potuerunt. Sed audiuere preſentes que fuerũt de illis ſen
tentie ſingulorũ. Qua impudentia impune hactenus abie=
runt. Nec ea que poſtridie habita eſt conuentio illos deter
ruit. In qua petentibus illis vt accuſationũ capita / et te=
ſtium appellationes ſibi exhiberentur: ad deputatos iterũ
ſunt reiecti. apud quos de ſe nichil dixerunt. neqꝫ culpam
diluere dignati ſunt. neqꝫ enim ſuppetebat illorũ iniquita
tibus iuſta defenſio. Itaqꝫ cum optimo cuiqꝫ placeret fieri
de illis iudicationem: francorũ natio que huiuſmodi factio
nũ autores habuit ſemper / de eligendo procuratore hodie
conſilium habuit: quoad poterit impeditura ne rei punian
tur. Ceterũ vide ambroſi q̄ꝫ nichili habita ſunt: tam multa
de facinoroſis facta iudicia. Hodie quietiore q̄ꝫ alio vnqꝫ
tempore conuentione / deſignatus eſt procurator triſtan=
dus ille ſignifer earum turbarum / quas in poſtremo recto
ratu factas eſſe nouiſti. Ubi nyuardus alterius factionis
princeps ſtetit inſultans quietis conſilijs / nulla talari ve=
ſte ſchole morem imitatus. ſed panſa in humeros ceſarie /
neqꝫ aures illi / neqꝫ ceruix / ſed neqꝫ frons vlla patebat:

putares ex aliquo lenonū grege in medios ſcholaſticos ce
rebroſum irrupiſſe. Sic equidem tu fruſtra aliquando / fru
ſtra omnes boni / fruſtra noſtra vniuerſitas / hos petulan=
tiſſimos graſſatores vlciſci conata eſt. Sed non de meis /
aut tuis neqꝫ de priuatorū iniurijs tantū queror. ferre non
poſſum ſcholam totam huius academie et parentis bona=
rum artiū parui a nichili hominibus haberi. deſpui. calca=
ri. ita vt ſpretis iudicijs magiſtratū inter nos obtineat ho
mo impurus / et bonorum omniū opinione reprobatus. In
felix quis non exiſtimet ſeculum noſtrum : quo ſcholaſtica
diſciplina nulla lege nulloqꝫ ordine continetur. Credo ego
in luſtris et apud lenones etiam turpitudinis legem eſſe
poſitam / quaꝫ non impune preuaricantes pretereant. Hic
autem ſceleſti et noſtre pacis oſores fruuntur honoribus.
Quam ergo poſthac ſpem capias emendationis? Quid
non audeat tandem inſolens iuuentus: que effrons inſur=
git in ſenes? modeſtas conciōes turbat. pugnis cedit ꝗſqꝫ
obuios. rapit / occupat / et diſtribuit officia? Quid ad hāc
addi nequitiā poteſt: niſi vt in edes noſtras vim inferant?
Et hi quid cum ſuis criminibus intra domeſticos ſibi pari
etes ſecuriores habitant: ꝙ predones in ſiluis. Quinimo
impunitate elati iactant ſe duces habere quorum ſubſidio
non modo iudicium et ſcelerum penam ſuorum effugiant:
ſed que flagitia ipſi conceperunt reuera patrent: etiam ſi
aliquorum necis autores habeantur. Vale. Ex lutecia pa
riſiorum. x. kal. Aprilis.

## ¶ Ad dominum epiſcopum Maſſilieñ. cum ad vrbem Pariſiorum venit miſſus a rege Ludouico congratulatio pro vni=uerſitate Pariſieñ. vi.

PRiusqꝫ huc intrarem magnificentiſſime pon=
tifex dicturus apud te hominem dignitate fa
ma gloriaqꝫ lōge vulgatum ſollicitus erā ma
xime ꝗ te ſatis digno exorſu qua ve maieſta=
te orōis conuenirem. verebar eniꝫ videri tibi
parum vrbanus qui monaſticos ritus potius ꝙ ciuitatis
mores edidici. verum vbi te hoc loco primū conſpexi et



ſum intuitus grauem hanc faciem tuam et totius corporis
tui compaginem: conſolata eſt me benigniſſima humani=
tas atqꝫ ſapientia quas virtutes ſimul cum etatis grauita
te impartiuiſſe tibi deum crediderim. Accedit ad noſtram
conſolationem magne parentis noſtre vniuerſitatis ſtudij
pariſieñ. auctoritas / cuius ego nomīe ſi tua magnificentia
feret nunc ſum paucis locuturus. Enimuero poſtqꝫ ſapien=
tiſſima parens noſtra te accepit xp̄ianiſſimi patris ſui re=
gis vices geſturum / et ſumma apud pariſios poteſtate po
tiri / decere arbitrata eſt poſt ciuiū exhibitas tibi ꝯgratula
tiōes ſuam quoqꝫ adiungere. vt que inter regis illuſtriſſi=
mas filias primogenita eſt et habetur / te patris loco vene
raretur ⁊ gratitudinem impartiret ſuam. Non enī eſtima=
re poteſt magnis te animi muneribus non eſſe a rege pa=
tre ſuo comprobatum qui ad regni primariā vrbem rector
ſis deſtinatus. In qua cum ſuperioribus annis viſi ſint tam
conſpicui homines preſediſſe facile cōiectamur ad genero
ſos tuos mores et hanc pontificiam dignitatem / prudenti
am quoqꝫ / induſtriaꝫ / diligentiam / fidem / probitatēqꝫ eſſe
coniunctus. ita vt qui inter primos regni iudices iugiter
conuerſaturus es ames et colas iuſticiam. litteras quoqꝫ ⁊
doctrinam non paruipendas / qui videlicet pre oculis ſem
per ſis habiturus precellentiſſimos omniū artiū auctores /
quibus velut ſplendidis luminaribus parens noſtra vni=
uerſitas et per eam orbis xp̄ianus illuſtratur. Neqꝫ fruſtra
certe ſapientiſſimus rex magnā de tua virtute ſpem acce=
pit / qui memoria tenet ꝙtus apud Renatum ſicilie regem
extitiſti / ꝙta benignitate et modeſtia / ꝙta amplitudine ⁊
maieſtate quadam principandi prouinciā fueris longo tē=
pore moderatus. Ita enī apud prouinciales tum ſtatutis
et bonarum legum inſtitutione / tum modeſta tributorum
diſpenſatōne prefuiſti: vt nullum illic municipiū / oppidum
nullum / nullaqꝫ ciuitas te patronū et patrem ſuuꝫ non ap=
pellet. Habꝫ ꝓpterea gr̄as ingētes glorioſiſſimo pr̄i ſuo re
gi nr̄a parens vniuerſitas / qui te talē ciuitati ſue p̄ficere vo
luit p̄ſidem ⁊ rectoreꝫ. Cōciuibus vero nr̄is ⁊ vrbis pariſi=
orū incolis ꝯgaudemus ꝗ tuo ductu tuo patrocinio ac ꝓte
ctiōe firmati tranq̄lla moderatiōe fruent̄. Tue q̄dē dignita
ti atqꝫ magnificentie ſapientiſſima ipſa parens gratulat̄.

Optat ſalutem et proſperitatem comprecatur ſempiter-
nam. Proſperitatem dico qua diutiſſime viuas/qua lute-
ciam pariſiorũ gemmatã reddas/qua litterarũ et bonarũ
artiũ parentem noſtram vniuerſitatem ames/colas/am-
plies et facias tua ope et patrociniꝫs auctiorem. Jn qua re
procuranda nichil eſt quod ad tuam gloriam maius addi-
ſcere poſſis. Carolus enĩ ille magnus et diuus rex atqꝫ im-
perator et ſi bellicis rebus et rerũ publicarũ iuſtiſſime ſibi
videret ingentem ſupra moduꝫ gloriam peperiſſe. illud tñ
omne quod egregiũ geſſerat obſcurũ fore cenſuit niſi hoc
celebre ſtudiuꝫ/ niſi hoc ſapientie domiciliũ et litterarum
gymnaſiũ apud pariſios collocaret/plus de ſe ſplẽdoris et
glorie poſteritati relicturũ ſe arbitratus cura et inſtitutõe
litterarie ꝙ bellice claritatis. Celebratur etiã ille cecrops
conditor athenarũ/ſed ampliorem ſibi laudem meruit piſi
ſtratus qui p̃mus apud athenas libros palam exhibuit re
legendos. Eſdre quoqꝫ ſacerdotis gloria propter legem
dei et libros inſtauratos facta eſt auctior ꝙ propter deſola
te vrbis hierlm̃ reſtitutiõem. Nec ptholomeũ philadelphũ
tantũ illuſtrat regiuꝫ diadema ꝙ bibliothece conſtructio
in quam ſupra quingenta millia librorũ digeſſiſſe memora
tur. Adeo preſtat ceteris rebus amor et cultus litteraruꝫ/
quas ſi ſeculi homines plurimi ſumma veneratione colue-
runt/quid faciat dei ſacerdos ⁊ pontifex? Quid facias cel
ſius magnificentiſſime preſul ꝙ altricem atqꝫ educatricem
ſapientie tutari? Tibi rex glorioſus cũ pariſiorũ vrbem et
ciues cõmendauit/ intellexit quoqꝫ vniuerſitatem ipſam
ſtudiꝫ eſſe cõmendatam/in qua cuꝫ due precipue virtutes
principentur/iuſticia et ſapientia: alteram ſine altera re-
cte moderari non potes. Jlla in perniciem malorũ gladiũ
exerit. hec qualiter diſtringas docet. Afferrem tibi ex egy
ptiꝫs externiſqꝫ natiõibus exempla niſi fecũdiſſimus eſſes
rerum geſtarum/hoc vnũ noſtri ad te aduentus cauſa cõ-
fenſandam ſuſcipies: francoruꝫ pariter imperiũ et religio
nem catholicam tutaberis. Nam vt multa celeberrima et
memoratu digna pretermittam: hec vna eſt que reipublice
ſaluti ſemper conſuluit/que malleo veritatis contudit er-
rores/que ſe fidei hoſtibus magnis viribus oppoſuit. Ad



quam nõ ex galliꝫs modo/ſed ex terris omnibus que xp̄m
colunt confugitur/cum de ſacris inſtitutis et diuinis re-
bus quedam dubietas inſurgit. Orat igitur tuam dignita
tem atqꝫ preſtantiam ſupplex totius diſcipline parẽs/ ſe ⁊
ſuos alũnos ſapientie profeſſores cõmendatos ſuſcipias.
Aſſis eis tutor. aſſis pater. aſſis pontifex. cuius officio ma
xime congruit clerum dirigere/et in clero litterarũ et pru
dentie ſectatores in primis honoratos habere. Si huic vo
to pie vniuerſitatis aſſenſerit tua benignitas: ea tibi ſe of-
fert inexpugnabilem murũ aduerſus tue dignitatis inimi
cos: ea ſe apud deũ patronam tue ſalutis conſtituit/ ⁊ in rẽ
tuam quicquid cõſiliꝫ habet ſe impenſuram magno animo
vouet et totis precordiꝫs profitetur. Tu illam tantum com
mendatam vt amplecteris prona et ſupplex efflagitat.

## Roberti gaguini de eligendo in ſuo ordine miniſtro generali oratio vii.

SJ conſtantis ſatis hominis officiũ eſſe puta-
rem conlachrymari/et plorare: ego ipſe impri
mis viri fratres in cõmuni oĩm noſtrum mero
re/oculos in lachrimas conuerterem. Accuſa
remqꝫ profecto acerbiſſimam ſortem noſtraꝫ/
que nos eo paſtore priuauit: quẽ deus ipſe nobis ſcd̃m cor
ſuum contuliſſet. Pio nãqꝫ et manſueto paſtore nobis per
immaturam mortem erepto: video ſingulis vobis grauiſſi
mũ merorem iniectum. Sentioqꝫ diuerſos apud ſe diuer-
ſa cogitare. Et quoſdam quidem immortalis dei aduerſus
naturam decreta obſtupeſcere. Alios autem de fortuna cõ
queri. per cuius incõſtantiam is ordini noſtro ſublatus eſt
gubernator: quem noſipſi fere omnes ad mortem antece-
dere putabamus. quem ſperabamus huic noſtre religioni
decus et gloriam (vt ceperat) allaturuꝫ. Verum quia neqꝫ
dei ſtatuta/neqꝫ fati ordinem noſtris fletibus ĩmutare con
ceditur: in hoc publico noſtro dolore fallacem in longos di
es hominũ ſpem: et repentinos mortaliũ caſus attendere

debebimus. Datur ſiquidem nobis ab opifice rerum deo
vita iſta perfragilis. Quum vero longe progredi / et dies
noſtros in illa deducere permiſſum ſit: ignoramus. Illos
(vt de ſe propheta ezechias ait) in exordiendo ſuccidit in-
teriens. alios in medijs annis mors inexpectata preoccu-
pat. Ecce (hei dolor) ecce inquam noſtri ordinis amantiſ-
ſimum patrem / integra adhuc etate / robore vt videbatur
firmiſſimo / viuaci ſpiritu / breuis hora conſumpſit. Neqꝫ
enim plus diebus quattuor / febribus atqꝫ profluuio ven-
tris elanguit. homo proculdubio religioſiſſimi patres / in
quem cum natura multas corporis dotes contuliſſet: ſu-
per quoqꝫ induxerat deus animi virtutes ꝙplurimas.
Preter enim membrorum aptiſſimam compaginem / ⁊ car-
nis nitorem (quo gratior in dies exurgebat) tanta quoqꝫ
mititate atqꝫ facilitate erat: vt quem exaſperauerit nemi-
nem reperias. Quippe qui cū beniuolus in omnes: tum li-
beralis et magnificus eſſet. Nichil in illo auaricia: nichil
triſtis tenacitas vendicauit. Audiui ego ex medicis / qui-
bus cum frequenter verſabatur / excogitatiſſimuz aliquod
artificium in eo dominam naturam fabricaſſe. Sed ne nos
foris teſtimonium queramus: ad laudes eius celebrandas
ſatis ydonei teſtes acceditis / qui feliciſſimos hominis mo
res / et dulciſſimam humanitatem vna mecum eſtis exper-
ti. Nam puericiam atqꝫ adoleſcentiam in dei ſeruicio ita
egit: vt ad colendum deum / et diuinas res exequendas
nullo tempore nullo momento defuerit. attentus ſemper
et vigilans / ne quid de ſeptenis diei horis ſibi deflueret.
Rem vero diuinam / et corporis chriſti miſterium tam ſol-
licite tam frequenter egit: ꝙ ſolent queſtuoſi ſacerdotes.
Age vero de vicariatu quem ante ſuſceptum maiorem mi
niſtratum geſſit quid dicam: in illo enim tam digne verſa-
tum eſſe ſatis eſt ſigni: ꝙ defuncto paſtore: vos illum con-
cordibus animis delegiſtis antiſtitem. Quam dignitatem
a vobis ſuſceptam non inerti ocio paſſus eſt elanguere.
Primū enim ad viſendos fratres iter ingreſſus: ſingulas
domos veſtras adiuit. viſitauit. emendauit. improbos ca
ſtigauit. ſtabiliuit innocentes. inde vero domū reuerſus
regiam pariſiorum vrbem habitare ſtatuit. Non vt qui-
dam oblocutores mentiti ſunt. Exercende voluptatis / nō



dilatande glorie cauſa. Illic enim in adeundis ſcholis / in
colendis doctis hominibus tam ſedulus viſus eſt ſemper:
ꝙ videmus iuniores / quibus eſt magiſtrorum quotidi-
ana coactio. In comparandis preterea amicis / nemo ma-
gis ſollicitus apparuit. Ita vt in totam vrbem / atqꝫ in-
de in multas orbis partes fama percurreret: maiorem mi
niſtrum humanum eſſe / beneficum eſſe / magnificentiſſimū
eſſe. et dignum profecto cui pontificium deberetur. Per
hanc ſui nominis gloriam quo triumpho captiuos / quos
ex garnata ſuperioribus annis ipſe deduxeram / ſuſcepe-
rit: iam vel vidiſtis vel diuerſi audiſtis. Introeuntibus
enim nobis in vrbem tanta fuit totius ciuitatis admira-
tio: leticia: fauor: tanta feſtiuitas: tantus deniqꝫ per vi-
as et compita applaudentis turbe concurſus: ꝙtus ad
viſendum exterum quendam maximum regem viſus eſt
vnqꝫ. Quid autem poſtea ſubortis ciuilibus bellis effe-
cit: ijs notum eſt / quos ille domi famulantes habebat.
Itaqꝫ rebus publicis quas ſeditionibus agitari videbat /
amariſſime primū condoluit. vex ſumma illi ſuboriebatur
de fratribus ſuis anxietas: quos oculis videre / quos con-
ſolari / quos confirmare non poterat. Illos ſiquidem ne
deuius abduceret error verebatur: non iuſtius conditio
nis humane / que in malum prona: dum rectorem abeſſe /
et alio detineri preſentit: tota ruit in vicium. Inter hos ti
mores / atqꝫ pro ſuo grege deſumptas ſollicitudines pius
paſtor morbo conficitur. prolabitur in grabatum. decum-
bit in mortem. Qui mox de vita anime ſollicitus / corpus
medicis curandum exhibens: aīm confeſſione mundauit.
Neqꝫ meſtiſſima voce aduocans: nulla eſt inquit roberte
frater: nulla eſt tam iucūda et ſuauis ſocietas / quā non diſ
ſolui morte conueniat. Atqꝫ ſub hac voce / ſanctum eucha-
riſtie ſacramentum / verum anime pabulum / ſibi dari pre-
cepit. Nec mora debile corpus ſacro atqꝫ poſtremo oleo
inungi poſtulauit. Sicqꝫ circūſtantes fratres admonens:
orabat ſui corporis depoſitionem deo commendarent.
Poſt hec tertia fere hora que prima fuit poſt meridi-
em aduentantibus amicis / qui decumbentem / et extre-
mum ſpiritum agentem ſolarentur: controuerſa in op-
poſitum parietem facie: protenſa ceruice: quieto admo-

dum corpore: paſtor noſter radulphus vita defunctus eſt.
O triſte ſpectaculum. O inanes mortaliũ cogitationes et
curas. Abeunt lachrymantes amici: relinquunt traiectum
morte cadauer. Lugent fratres qui aderant / mitiſſimo ſe
parente deſtitutos. ſine vita / ſine ſpiritu corpus plorantes
conſpiciunt. exalatam vero animam in celos deferri preca
bantur. Pretermittam dicere que pompa / quis amicoruꝫ
globus / que populi turba in efferendo funere confluxit.
Et quoniã aliam rem acturi mox ſumus: me vos admonu=
iſſe ſatis ſit: tenere memoria ꝙ fluxa et breuis eſt humana
cõditio. Meminiſſe vero perẽniter huius nr̃i paſtoris / qui
vos in hac ſede ſalutaribus monitis inſtituens: ſaluos vos
fieri omnes vehementer optabat. Cui vt nos poſtremas
exequias perſoluamus / pro illius anima cõmendandá fu=
nebrem dño pſalmũ decantemus. De profundis ⁊c.
¶ Jam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueni
atur. Non ſum dubius viri fratres tanta circunſpectione
vos eſſe: vt de futuro quẽ petimus paſtore ſententiã ferre
poſſitis: que vobis / veſtroqꝫ ſit ordini ſalutaris. Quocir=
ca pro veſtra intelligentia noſtram oratiõem moderabor.
Ita vt noſtro officio ſatiſfeciſſe nos magis: ꝙ impreſentia
rum vos docere voluiſſe facile iudicetis. Atqꝫ in hac que=
ſtione / que de diſpenſatoris fidelitate proponitur / nõ par
ua ſuboriatur dubietas. Nam marianã illam que eſt apud
ſaluſtium ſententiam veram eſſe iamprideem euentus rerũ
comprobauit. Multos ſcilicet non eiſdeꝫ artibus imperiũ
atqꝫ dignitatem querere et illam gerere ſuſceptam. quo=
rũ ⁊ ſi ſunt honeſta initia: queſita tamen ſimulatione digni
tas illos plerũqꝫ reddit inſolentes. veniunt ad vos (inquit
ſaluator xp̃s) in veſtimentis ouiũ: intrinſecus autem ſunt
lupi rapaces. Cautionem propterea / atqꝫ probitatem ve=
ſtram ad hanc rem quam agimus intendi vehementer po=
ſtulamus. Primũ ordinis veſtri ſtatum conſidereti opor
tet. Deinde quis illum inſtaurare / quis ſanctimoniam ſu=
ſcitare / quis in ſuſceptum religioſe conuerſionis propoſi=
tum dirigere / fouere / et conſolari vos poſſit. Si veſtre
religionis exordium memoria repetitis / ſi inſpicitis ꝙ cõ
trouerſe nunc oĩa prolabunt̃: veniet forte in mẽtem nemo
ꝗ ad gerendũ int̃ vos miniſtratũ vir ſatis idoneꝰ habeat̃.



Seniores enĩ ⁊ principes noſtri / qui primũ has ſiluas ⁊ pa
ludes coluere calcatis terrenis delicijs / ſpiritu feruentes /
deo ſoli ſeruire contendebant. Et qđ de primis xp̃i fideli=
bus lectũ eſt / erat illis cor vnũ / et aĩa vna. hoc eſt mens ea
dem. eadem voluntas. vna ad honeſtas res conſenſio. Cor
poris autem eatenus curam faciebãt: quatenꝰ ip̄m ſpiritui
ſubſeruiret. Parcimonia ſubigebant illecebras. humilita=
te ſuperbiã: petulantiã modeſtia: vanitatem ⁊ oẽm turpi=
tudinẽ morũ ſanctitate conterebant. Erat illis ſũma in deũ
pietas. obſeruatio. feruor. In cuſtodiendis mãdatis dei vi
gilantia. longanimitas. perſeuerãtia. Erga maiores ſuos
dilectio. amor. reuerentia. In ꝯfratres caritas. mĩa. paciẽ
tia. ſine inuidia / ſine contentione conuerſabãtur. nullus in
alterutrum dolus. Circũuentio nulla. nulla indignatio.
Pulchrũ erat audire illos concordi voce in eccleſia pſallen
tes. In refectorio per ſummũ ſilentiũ pariter cõuiuantes.
Abſqꝫ vero ſtrepitu in dormitorio nũc orantes: nunc breui
ſe ſomno refouẽtes. Quid vero de capitulo dixerim? Illic
ſimpliciſſimus quiſqꝫ viciũ / errorem / culpam / cõfeſſione nu
dabat. penitentia tergebat. et delebat ſatiſfactione. vidiſ=
ſes illos alacres operari manibus quotidianũ cibũ. ſcien=
tes quia ꝗ non laborat non manducet. His ſanctis moribꝰ
effectũ eſt: vt hinc roma: hinc omĩs gallia: illinc vero lõge
lateqꝫ hiſpania ⁊ maior britãnia noſtrũ ordinem cognoſce
ret. cognitũ ſuſciperet. ſuſceptũ exaugeret. Non poteſt in
quit dñs noſter ſupra montẽ poſita ciuitas abſcondi. Neqꝫ
virtus quidẽ vlla ſine noĩs diffuſione celari. virtutem ſemp
gloria ſubſequitur. Q̃diu latuerit honeſtiſſima probitas
⁊ vite ſanctimonia: deniqꝫ tñ eluceſcit. An nõ vobis patres
ſeculũ illud aureũ: ⁊ vita illa fere angelica merito dici vide
bitur: in qua mortales hoĩes vite puritate / iã non in terris
cũ hoĩbus: ſꝫ ĩ celo cũ beatis ſpiritibus regnare videbant̃?
Nonne deliciarũ locum clauſtrum eſſe recte putabimus:
ſi illic et ij quos diximus mores / et illa virtutũ ſocietas ha=
beretur? Nunqꝫ tot in locis (michi credite) diffuſum ordi=
nem haberemus: niſi maiorũ noſtrorũ ꝑbatiſſimis / id eſſꝫ
meritis acquiſitũ. Sed nos ꝙ longe ab his inſtitutis deuiã
tes aberrauerimus / ſi pergã memorare: temeritati forſitã
aſcribetis: qui auſim hoc loco ſilendos mores patefacere.

Ego autem in dicendo ſic agam: ſic linguã temperabo viri
fratres: vt nemo ſeorſum noſtra ſe orõne ſauciatũ/ſed vni=
uerſos in ſumma corripiendos intelligat. Qua ex re/ quo
homĩe/quo paſtore/⁊ (vt vere dicam) cenſore nobis opus
eſt non ignoret. Itaqꝫ cõtrouerſi a veritate in peſſimã ne=
ſcio quã viam ſumus omnes. Nos a dei cultu ad mũdanos
ritus iãpridem ſumus delapſi. Nichil minus ꝙ templo dei
inſeruire cogitamus. pſalmorũ tedio afficimur. grauis eſt
nobis oratio. Canoras cum angelis in choro voces / velut
nutricum feſcenninas eſtimamus. Corpore ſtantes vel in=
curui: hinc oculos/illinc mentem habemus. Nichil nobis
eſt ſuauitatis in ea re/quã voce/quã habitu/quã loco fingi
mus/ſimulamus/mentimur. Viuimus animis diſcordibꝰ.
hic forum/ille mercaturam: hic publicos populi conuen=
tus/et venatorias indagationes: ille aliud quid turpius
quod nollim dicere cõſectatur. Sibi querit/ſibi rapit: quo
vel ſuam voluptatem expleat/vel ſuos infarciat. Sancte
vero cõmunitatis interea tam memor eſt: ꝙ vel latro per
ſiluas/vel pyrate per maria. Irreligioſitatem profecto no
ſtram/diſcolitatem noſtram/impudentiã me pudet memi=
niſſe. Age vero ꝙ ſobrios dum cibum capiunt ꝙ ſilentes/⁊
pudicos in cellis / ꝙ trepidos et humiles fratres noſtros
eſſe dicemus? Illorũ crapulam atqꝫ ingluuiem dicere/me=
morare clamores ⁊ petulantiam/temeritatem atqꝫ inuere
cũdiam repetere refugit oratio. Atqui nullus eſt locus/
qui apud nos ſanctior habeatur. Paſſim cachĩnantes/ paſ
ſim ſuſurrantes imouero vociferantes inſtar viliſſimorum
hoĩm nos videbis. Pro obſeruatione contumaciã/ꝓ obe=
dientia repugnantiã/pro beniuolentia ſimulationem/ pro
honeſtate turpiloquiũ noſtra cõuerſatio ſuſcepit. O deus
ĩmortalis quibus in tenebris verſamur? Que nos caligo
inuoluit? Patentibus oculis ceci ſumus. Scientes/ volen
teſqꝫ perimus. Ve vobis (inquit yſaias) qui dicitis bonũ
malũ et malũ bonũ. factio nobis eſt induſtria. Multis eni
eſſe cõem ⁊ notũ humanitas appellatur. Compotare/ſcor
tari/aleã ludere comitas eſt. Quis veſtri ꝓpterea ordinis
ſit ſtatus luce clarius cognoſcitis. Obſcuri q̇dem ſumus.
Et de nobis nulla in bonũ fama celebrat̃. In eſtimatiõe in
ore hoĩm vileſcimus. Et qui deũ/eiuſqꝫ traditões ꝯtẽnimꝰ



ab hoĩbus relinquimur. ſpernimur. ⁊ ad nichilũ fere redigi
mur. Domus noſtre deſerte ꝓpe ſine habitatore corruerũt
Maioribus in locis in quibus frequentiores fratres eſſe
oporteret/vel rari ſunt vel nulli. Et illi quidẽ ſeculares fa=
cti: habitu: inceſſu: geſtu: moribꝰ: vita: laycos ritus ꝓfitent̃
Sed nimis forſan vos vrgeo. Noſtras iniquitates audire
iã erubeſcitis. Atqꝫ vt videre videor: optatis ſordes iſtas/
iſtas prauitates dilui. ea q̃ officiunt/que virtutem necant
amputari. ĩſtaurare ordinem. ⁊ tanꝙ modo genitos infan
tes nos regenerari atqꝫ inſtitui ad vitam ſanctiorem. Q̃ ſi
huiuſcemodi eſtis: querendus eſt ſũmopere diſpenſator q̃
moneat. dirigat. ĩpellat. cogat. quẽ audiamus. quem ſequa
mur. quem iuuemus. de quo (qm̃ de veſtro ſtatu ſatis diſſe
rimus) reliquũ eſt paucis vos hortari. Nã ab illo vno quẽ
ducẽ aſſumetis/reliqua futura vita veſtra/vel in cõfuſionẽ
vel ad glĩaꝫ reſurget ſempiternã. ꝓinde ſub exordio vobis
ꝓponit̃. Iã q̃rit̃ inter diſpenſatores vt fidelis q̇s iueniat̃.
¶ Non parua viri fratres impreſentiarũ ſollicitudo nobis
incũbit: cũ nũc hoĩem ex ordine noſtro aſſumere quem no=
ſtris ceruicibus: noſtris capitibus/noſtre ſaluti ĩponamꝰ.
Cenſeo ꝓpterea nichil ĩprudenter: nichil leuiter: nichil te=
mere/ſed oĩa cũ animi ratione/⁊ meritorũ oĩm diſcuſſu fa=
ciamus. Eſt nanqꝫ prudentis egroti diſcretio perſpectan=
da diligenter. qui ꝓpulſande valitudinis cauſa/ non quẽ=
uis ſibi medicũ/ſed prudentem/ſed peritũ/ſed expertũ/et
medice ſciẽtem accerſit. a quo dũ latentioris morbi fibras
cognouerit/ſalutẽ accipiat. Cuius etiã cautionis nõ inſcij
viri militares/cũ de ſibi prefigendo duce cõſultant/ eũ cal
lide diſquirũt/qui ad labores ꝑferendos fortis/ad diſcipli
nam militarem inſtructus/in aggrediendis arduis ſtren=
nuus/in vitandis periculis circũſpectus exiſtat. Nõ mino
re quid cura ꝙ egrotũ au militem eſſe nos decet. Illi ei ſer
uãdi corporis cãm agũt. Nos de ĩmortali ſpiritu gubernã
do ꝓuidentiã ſuſcipimus. Cuius vulnera (ſpiritus dico) in
felices pugne/mortes deniqꝫ/morte carent. Carnis eni do
lores/pene/cruciatus/ſuo interitu finiunt̃. male aũt dire=
cti ſpiritus languor erit ſempiternus. vellem igit̃ ꝑ has dif
ficultates oĩpotentem illũ/et cuncta ſcientem deũ/celitus
illabi/et manifeſtis indicijs talem virum nobis oſtendere

qualem eſſe eũ qui hãc preſidentiã gerat neceſſe eſt. Ita vt
contemplatiõe moyſes: diligenti aũt miniſterio aaron eſſꝫ.
vel ſimilis cuiuſq̃ eorũ q̄s ſacre littere maxima laude cõmẽ
dant. Nõ qui venator vt eſau/non qui muliebri vt epycu=
rus aĩo torpeſceret. Sꝫ reuera bonũ hoĩem ſi litteras ſcru
tabimur: facile eſt nobis effingere. Inuenire vero difficilli
mũ. Nam vt eſt in iudicũ hyſtoria: cũ de preficiendo ſibi re
ge ligna ſiluarũ conſultarent: non oliuam: non ficũ: non vi
tem: arbores fructiferas habere potuerũt. Ex quibus fru
ctiferis arborib⁹ boni paſtoris mores cõiectari licet. Itaq̃
in oliua mititas quedã ⁊ clementia pulchre figuratur. Pa
ſtoris enĩ lenitas / et blanda manſuetudo vt optimos q̃ſq̃
hortãdo ſubleuat: ita deteriores interdũ inflectit/ mitigat
pacat. Quãobrem de fratribus corripiendis Paulus ga=
latas admonens ait. Vos qui ſpiritales eſtis hm̃oi inſtrui
te in ſpiritu lenitatis: ficus autem heroycũ virũ/⁊ contem
platõe ſublimem exprimit. qualem eſſe diſpenſatorem quẽ
querimus oportet. Neceſſe ei eſt eũ qui medius inter deũ
et hoĩes ſtatuitur/non inſciũ atq̃ infrunitũ eſſe. Omĩs (in
quit apoſtolus) pontifex ex hoĩbus aſſumptus/pro homi=
nibus conſtituitur in ijs que ſunt ad deum. In vite vero/
ex qua vinum producitur/feruor quidam legis /et rerum
diſponendarũ in domo dei plane demõſtratur. Ad diſpen
ſatorem nãq̃ ſpectat tam feruentem eſſe: vt ſuarũ c[illegible]iũ ſor
des expurget. euellat. mũdet. Propterea (inq̃t paulus ad
titũ) reliqui te crete: vt ea que ſunt corrigas. Diſpenſato=
ris igitur hi mores eſſe debent. benignitas. clementia. ſa=
pientia. caritas. zelus. et feruor diſcipline. Quas res ſi in
vno aliquo noſtrũ vix habere poterimus: canendũ tñ no=
bis eſt/ne quod de lignis ſiluarũ ſcriptũ eſt faciamus. Nã
cũ neq̃ oliuam/neq̃ ficũ/neq̃ vitem regem habuiſſent: in
prauũ conuerſa ligna/rampnũ ſibi regem aſſumpſerunt.
Per ligna nempe ſiluarũ ſacris interpretibus placet/ſteri
les ⁊ vanos hoĩes intelligi. qui honeſtis moribus abiectis
rampnũ id eſt infructuoſum atq̃ iniquũ aliquem ſibi prefi=
ciũt. qui ſuos electores (q̃m illis eſt perſimilis) in ſordibus
facile iacere permittit. Eſt enĩ rampnus gen⁹ fruticis ſpi=
noſum ⁊ aſperum. In quo ſterilitas/malignitas/ duritas/
rigor deſignatur preſidentis. Qui more rampni/dum tan



gitur/pũgit ⁊ vulnerat. Cuiuſmodi ſi diſpenſator erit: oĩa ĩ
peius ruant neceſſe eſt. Si ei vlla eſt in ſubditis feritas: vl=
la inſolentia: ſi quis ad iniquitatem procurſus: hi ſunt leni=
tate primũ admonendi. Non aſperitate: non pũgentibus
ſpinis ſtimulandi. Ea enĩ re in viciũ precipites eunt poti⁹:
q̃ reuocentur ad virtutem. Ezechiel enĩ homo ꝓpheta cũ
ad populũ captiuũ in babiloniã veniſſet: prius ſedit et fle=
uit. deinde miſeros cõſolatus/de futuris illos edocuit. Et
rector quiſquis eſt bonus cũ creditam ſibi plebem vicijs ca
ptiuam eſſe reſciuerit: operepreciũ faciet: ſi mores quietus
primũ inquirat. deĩde cõmiſereſcẽdo lachrimet. poſtremo
vero q̃ optima factu nouerit adhortet ⁊ iubeat. Quobrem
his aĩaduerſis dilectiſſimi fratres vos p̃monendos duxi:
quis veſter ſtatus/que veſtre religionis conditio cogno=
ſcere. Attendere diligenter futuri diſpenſatoris mores/cõ
uerſationem/vitam. Et ſi vnq̃ vobis aĩo inſedit veſtrũ or
dinem ſuſcitare in gloriã videre in vobis viros qui ſancti=
tate prepoleãt: qui doctrina ſint validi: extollite aliq̃n ocu
los. circũſpicite / quem ex anteactis operibus ſpectatum
ſatis habeatis. Si forte quiſq̃ in vobis aliq̃n viſus eſt in di
rigendo ordine ſollicitus/alacer/prouidus. Si nullum la=
borem pro veſtro honore refugerit. Si oĩm que iuſſiſtis fu
erit fortunatus executor. Si cogitarit: ſi dixerit: ſi re com
pleuerit ſemper ea que veſtris vtilitatibus conducere vi=
debantur. Nichil more ſit in hunc vota veſtra/veſtros cõ=
ſenſus dirigere. Is profecto eſt quem queſitũ diſpenſatorẽ
(mea ſententia) bonũ/fidelem/ꝓbum/vtilem/inuentũ ha
beatis. Si quis vero contra/timidus omĩno/et velut ani=
cula vecors ad focũ et cineres delituit: ſi ſibi tantũ ipe cura
fuit: ſi nichil pulcherrimi facinoris eſt aggreſſus: ſed ſup=
bis forte moribus ſeſe põderauit inſolens factus/ſiluis no
tus/feras inſectans: ſi ĩpinguatus domi/ventrem non ſen
ſum exacuit: ſi ſuos cõtrectauit ĩprobe: ſi ĩde alijs maligna
tus ſuo ſe arbitratu iudicarit: perſuaſum michi feci (optimi
patres) vos illũ hr̃e precognitũ. et nequaq̃ inquirere hu=
iuſcemodi diſpenſatorem. Igitur iam finem faciemus. vos
tñ oratos volo: rectos ⁊ cautos aĩos habere ad eã rem. Ex
qua/ſi recte ſuccedet: cõmoda vos multa ſubſequent. Sin
ꝯtrouerſe: q̃diu vita fruemini/eius amariſſime penitebit.
Apud ceruũfrigidũ in cõcione gñali ord̃ Anno dñi. 1473.

¶ Ad Joannem regem portugallie dum
pariſii ageret. Anno ſalutis. M. ſeptua-
geſimoſexto. oratio viii.

QUãqꝫ ego in ipſo aditu ſalutatiõis ⁊ venerati
onis mee rex iclite ſubuereor: ne cũ officioſus
eſſe maieſtati tue ſtudeo temerarius puter: ꝓ
pterea ꝙ monaſtice paruitatis non ſit celſitu-
dinez regis adoriri / atqꝫ id orando tẽtare / qð
primores ciuitatis exequunt: ſumma tñ caritas ⁊ ſanctiſſi
ma amicitia qua te rex noſter xp̄ianiſſim⁹ ip̄rimis ꝓſequit
virtus item plurima quam de te apud omnes fama diuul-
gat / me vel in abditiſſima heremo latitantem ad te viſen-
dũ euocaſſet. Non enĩ aduẽtui iſti tuo gratulari nõ poterã
qui ⁊ regi ⁊ francis oĩbus eſſet ꝑfeſtiuus. neqꝫ poſtponere
michi fas eſſe putabã hoĩem regem in quem tot corporis ⁊
animi dotes natura collocaſſe p̄dicatur. feras ergo rex pre
mis preſentiã. feras gratulatoriã ſine fuco adulationis vo
cẽ / que in hac oĩm admiratiõe dignitatis ⁊ virtutis tue mi
nime tacere poteſt. Littere nãqꝫ cũ legunt ſi priſcoꝝ hoĩm
memoriã admirabilẽ reddunt: cur tua nos iocundiſſima p̄-
ſentia / tui generis claritudo / tua ſpectatiſſima ſapientia in
admirationẽ ⁊ tuas laudes non excitet? Fuiſſe multos ſci-
mus quos ſola fortuna / quos generoſiſſima ꝓſapia / quos
magnitudo meritorũ ad regnũ euexit. Hec ꝑfecto tibi oĩa
rex generoſiſſime ſuffragant. Tu rex ex regibus ortus: re-
gis nomen et meritũ adeptus es. Et ne tue nobilitatis pri
mordia neue alfonſi braui (a q̃ tua origo deducit) inſignes
victorias repetã altius: id de tui generis claritate vere di-
cere poſſumus: vidiſſe nos etate noſtra magnos xp̄iani or
bis principes ex tua illa nobiliſſima portugallenſi domo cõ
iuges queſiuiſſe / magnaqꝫ virtute preditas mulieres fide
ꝯſtantia pudicitia ſanctiſſimas feminas adequaſſe. Quaꝝ
alie iam vita functe ſunt. Supereſt alia caſtelle vetus regi
na q̃ tua eſt ſoror. Superes ⁊ tu (⁊ lõgo vtinã euo ſuperſis
magnifice princeps) qui nõ veterno atqꝫ deſidia paſſus es
acceptũ a maioribus regnũ diminui: ſed fortitudine tem-



perantia religione diligentia ceteriſqꝫ que in optimo prin-
cipe eſſe debent virtutibus maiores tuos exuperas. Ita
vt hanc corporis et membrorũ omniũ quam in te conſpici-
mus elegantiam non incaſſuz natura tibi donauerit: quam
ſtudueris robore et conſtantia animi ſuffulcire et decorare
factis illuſtribus. Quis enim te non ſplendidum meritoqꝫ
predicandum regem dicat: cuius geſta miratur orbis xp̄i-
anus? Tua virtus victorem exercitũ ex affrica ſemel atqꝫ
iterũ reduxit. Tua v̾tus validiſſimas vrbes ſaluatori chri
ſto ſubiugauit. obtriuit inimicũ nomen mahumeti. vexillũ
noſtre redemptionis erexit. Digniora ſunt hec q̄ excurſio
nes nonnullorũ / quibus vicine vrbes ſubruuntur. Sed ſu-
perſatis ad virtutem eſſe iudicaſti eum perſequi hoſtem /
qui non modo tibi: ſed xp̄icolis omnibus eſſet inimicus.
Qua in re et corporis firmitudo et animi tui non ſuperabi
le robur oſtenditur. Age vero preter bellicas tuas lau-
des quanta predicaris gloria rerũ domeſticarũ. Fama eſt
modeſtiſſime rex / fama eſt inquã / nec vt puto mendax / fa-
miliam tuam totam ⁊ longos famulantiũ tibi ordines tam
modeſtos tam temperatos et quietos cõuiuere / q̄tum vel
bene compoſitos in monaſterijs eſſe decz cenobitas. Que
res addit ad alias tuas laudes gloriam non minimam. Ne
mo enim niſi ingenio preditus bono / et celſa animi virtute
roboratus res militares ſimul et domeſticas facile admini
ſtrauit bene. ꝓpterea ꝙ in bellis ſemel effuſa licentia / vix
ad modeſtiam et frugalitatem priuatarum rerum ſoleat re
uocari. His tuis virtutibus adducti non in deſertũ exiui-
mus videre arũdinem vento agitatam / ſed erectiſſimam
velut in aliq̃ tẽplo colũnam: in qua virtutũ oĩm p̄clariſſima
exempla ſuffixa ſint. Ceterũ preter hec que in te vno coram
intuemur illud item non vacat laude / ꝙ ad gallos et fran-
corum ampliſſimũ imperiũ ab ipſis ferme herculeis colũ-
nis rex hiſpanienſis veniſti. ſocietatem atqꝫ amicitiã xp̄ia
niſſimi regis expetiſti. coniunxiſti. fide firmaſti. Nulla enĩ
gens eſt (quo verbo nullis nationibus detractũ iri velim)
Nulla eſt gens toto orbe / cuius ſocietate atqꝫ amicitia cõ
ſultũ rebus tuis magis eſſe poſſit. Primũ ꝙ tota ferme hi-
ſpania mari circũfuſa ſolis francis ꝯtinenter ꝯiũgit. deide
ꝓpter vetuſtiſſimã gentis tui iperij originez / ⁊ lõgiſſimas

cũ noſtratibus hoĩbus ꝯſenſiones animoꝝ. Tradit enĩ ſtra
bo auctoꝛ geographus celtiberos id eſt caſtellanos (quo=
rũ tua eſt ditio) a celtis qui franci nunc appellantur eſſe ꝓ=
genitos. Conſtat quoqꝫ multos iam annos inter frãcie ca=
ſtelleqꝫ reges intemeratã ſocietatez perduraſſe. Gẽtis igi
tur exoꝛdiũ et longiſſime ſocietatis conſuetudo te ad fran
cos recte ſane perduxit. Eſt quoqꝫ aliud nõ tibi rex glorio
ſe contẽnendũ. Quod quia facile pernoſti / ⁊ iam ad finem
vergit oratio fruſtra ne cõmemorem? Ea eſt rex optime
gentis galloꝛũ in bellis gerendis virtus: ea in ſocietate ſer
uanda firmitudo / vt quos iuuandos ſuſceperint galli: eos
vel ſuis ſedibus pulſos reſtituerint / vel ab iniuria defen=
derint / vel aluerint omnibus foꝛtunis deſtitutos. Ita vt
foꝛmidoloſa ſit omni terre galloꝛũ manus. Circũgira ſi pla
cet animo ſingulas oꝛbis partes. Nullam inuenies que mo
numenta virtutis galloꝛũ non habeat. Quis aſie atqꝫ oꝛi=
entis priſcos reges olim ſtipauit, protexit, muniuit? gallo
rum virtus. Quis ad delendam ſurgentis romani imperij
gloꝛiam propius acceſſit? galloꝛũ virtus. Teſtis eſt capi=
toliũ / cuius vigiles aduerſus irrũpentes gallos garrulus
anſer excitauit. Teſtes ſunt vndecim maximi romani pon
tifices quos ſede eiectos franci reges fuſis romanis redu=
xerunt. Et germania quidem tota (licet ferox) teſtis eſt /
cuius barbariſmos moꝛes caroli magni tempoꝛibus / fran
ci ſuppetias ſocijs ferẽtes domuerũt. Scis ipſe magne rex
caſtellanis regibus ꝙ̃ cõmodi fuerint franci / cũ inter hen
ricũ petrũqꝫ de regno caſtelle contendentes Bertrandus
coneſtabularius francus victoꝛibus armis interceſſit. No
lo in notiſſimis tibi rebus diffuſius peruagari. Abunde mi
chi eſt ad congratulationem incidiſſe tibi conſiliũ eam gen
tem / eũqꝫ regem in ſocietatẽ atqꝫ amicitiam virtute et me=
ritis tuis comparaſſe: ex quibus quicquid ſiue bello ſiue pa
ce gerendũ duxeris firmũ preſidiũ et gloꝛiam poſſis adipi=
ſci. Quobrem cum in te ſint magnanime princeps et valitu
do coꝛpoꝛis potens / et virtus animi precelſa. cũqꝫ iam ſub
limibus factis maximoꝛũ regum gloꝛiam equaueris / cum
ſociũ et amicũ regem xp̃ianiſſimũ eũdẽqꝫ potentiſſimũ na
ctus ſis: tibi gratulantes / primũ oꝛamus memineris regis
⁊ populi francoꝛũ erga te beniuolentie / initã ſocietatẽ fir=



miter aſſerues. amicitiã ſctiſſime colas. Ei⁹ rei gr̃a certant
viritĩ om̃s tibi applaudere. tuiſqꝫ reb⁹ ꝑeniter obſeq̃. Atqꝫ
ego maxime ſi q̃d eſt qđ me⁹ oꝛdo poſſit: id totũ tuis iuſſis
offero: tuis votis ꝓſto atqꝫ ꝑatũ eſſe denũcio. Illud vnũ et
quiđ ſub calce oꝛõis a tua liberalitate verecũde poſtulãs /
cũ ĩ regnũ illud magnũ caſtelle felix adueneris / fr̃es mei oꝛ
dinis q̃ iſtic / q̃ ĩ regno poꝛtugallenſi tuo ſũt ꝑlimi / ꝯmẽda
tos ſuſcipias / ſuſceptos diligas / dilectos ⁊ obſeq̃oſos tue
maieſtati ꝑfoueas / ipſe ego ꝑiter cũ illis ꝑ̃ces ferã ad celos
ex q̃bus bene ſemꝑ ꝓſperandi virtus aliqua tibi demittaꝛ.

## Robertus gaguinus Petro buryo. li.

Excepi litteras tuas a ſene queruloſo ⁊ iam bu
ſtum ſapienti tabellario ambianenſiũ ciuita=
tis. Quem non caballariũ ſed nec aſellũ recte
vocaueris. Eſt enĩ veternoſum atqꝫ diu eme
ritũ iumentũ qđ in deſerta paſcua iuſte ꝓſcri=
bas. Nã preter pabulũ nichil expetit / edendi
ꝑtinax. Nunqꝫ niſi prãdij tp̃e ad me venit. nec ſalario ꝯten
tus / petit alimentũ. Rideo certe hoĩs ſuſpiria et querelas
et inediam ſemper ſimulantis. nec tñ dimitto a me hoĩem
niſi aliqua mercedula penſatum. Tibi autem cui per tuam
ſenectutem moleſtũ non eſt michi ſcribere gratias habeo /
nõ neſcius ꝙ̃ longe ſuauioꝛes ſunt a te hoc tp̃e date littere:
ꝙ̃ cũ per iuuentam laſciuus exilibas / queritabaſqꝫ xboꝛuz
ſplendoꝛẽ ⁊ tinnitũ vnde moueretur auditoꝛ. Iã vero poſtqꝫ
etati grauitas ⁊ ſapĩa acceſſit: oꝛõni ꝙ̃ tue gr̃a ſiml' et maie
ſtas ꝯiũcta eſt. Quare te oꝛo ne tremulentia iſta q̃ manus
tuas occupat a ſcribẽdo auocet. ſꝫ qđ arte ſtudio mẽteqꝫ cõ
cepis ꝑ ſcribã domeſticũ lr̃is ꝯmitte Si te mãcũ natura foꝛ
maſſet: nõne ideo ĩgeniĩ atqꝫ aĩ preclaras dotes tabeſcere
atqꝫ euaneſcere ꝑmitteres? Utere petre familiari aliquo /
q̃ ſcribendi tibi ſuppleat officiũ. q̃ te audiente legat. q̃ vidẽ
di caliginẽ atqꝫ moleſtiã leuet. Omĩ eteni etati deſidia tur
pis: ſenectuti vicioſa eſt: ſi nõ cõſilij ⁊ aĩ oꝑa (dũ põt) per
fruaꝛ. Hyſtoꝛiarũ mearũ ꝯpendiũ iã tertio ĩpreſſuz eſt. Sꝫ
qñquidẽ ſub epithomate ſcp̃tũ edidim⁹: pleroſqꝫ breuitas
offendit. Ergo me hoꝛtãꝛ ꝓducere opus ⁊ breuiſſima q̃ ſũt
dilatare. Cõſtitui ꝯmoditati cõſulere legẽtiũ ⁊ laxare q̃ ſũt
ãguſta ſuꝑadditis paucis q̃ deeſſe videꝛ hyſtoꝛie. v. kl'. iul'.

## Robertus ga. Epõ matiſconeñ. S. lii.

NUllũ in rebus humanis eſt beneficiũ/qđ hoĩz
vel ĩcuria/vel iniq̃tas fere nõ deprauet. Pro
tulerat germania inuentũ ſuũ de arte ĩpreſſo=
ria. quo vno magnũ litteris lumen/ ꝛ verita=
tis ſtudioſis auxiliũ allatum eſt. Nam que in
tenebris volumina diu iacuerant/luci ſunt in
de reſtituta. atq; ita emendata: vt nichil purgatiꝰ deſidera
ri potuiſſet. Jam vero multiplicatis eius operis artificibꝰ/
oĩa redũdant mendis atq; erroribus. Quod viciũ cũ in
multis: tũ in cõpendio qđ de francorũ annalibꝰ ediderã ſu
pra q̃ velle cõpertũ habeo. idq; ĩprimis ex eo quod pariſiȷ̃
ĩpreſſuz extitit volumĩe peruidere potuit lector eruditus.
Eapropter ſcđo ĩprimendũ curaui: idq; lugduni vt illumĩa
tius veriuſq; opus haberet. Ex ȷ̃s igit̃ que lugduni meo
iuſſu ĩpreſſa ſunt vnũ tue dignatõi volumen mitto. vt illud
primũ multis obſcurũ mendis oĩo abȷ̃cias. me aũt ex eorũ
numero exiſtimes qui tue ſunt obſeruantiſſimi bonitatis.
Uale colẽdiſſime michi pater. Ex diui maturini pariſieñ.
cenobio. xiij. kl. decẽb. Robertus gag. tibi deditiſſimus

## Robertus ga. Jodoco badio. S. liii.

FEſtinanti nũcio feſtinatas et prope tumultu
arias dedimus litteras. In culpa eſt gaufri=
dus librarius cui curam cõmiſeras me in tẽ=
pore conueniendi vt ad te ſcriberem.
Codices de beſſarionis pro platone defen=
ſione ad me miſſos cũ meo volumine cõtuli. Qui dimidiati
ſunt/ꝛ totius operis vix dimidiũ habent/ nec eodem ſtilo
nec ꝑpetuo ſed trũcato ꝛ manco abbreuiati ſunt. ita vt vi=
deantur a prima ꝛ nondũ ſatis examinata editione eſſe de
ſumpti. Ideo eos tibi remitto. Meum vero librum ſi
patronus tuus habere cupit: exhibere illi non recuſo. Id
tamen te iodoce ſcire volo: volumen pulcherrimis eſſe ca=
racteribus/ſignata habens rubro capita/ cum totius li=
bri maieſtate quadam. Quãobrem illud maxime caruz ha
beo/ꝑſertim cũ ſit vnũ ex ȷ̃s que ipſe beſſario viuens ĩpri=
mendũ caſtigandũq; curauit. Que cũ vera ſint egre ferrẽ
librũ maculatũ aut ꝑditũ iri ſordidis manibus ĩpreſſorũ.



Igitur id curandũ a tuo patrono erit/vt vel hic: vel lugdu
ni exſcribat̃/ꝛ meus codex maneat incõtaminatus. Si lug
dunũ vehi velit: cõſtituat hic fideiuſſorem de libro michi ĩ
tegro atq; ĩpolluto reſtituendo. Ego his cõditionibꝰ morẽ
tuo patrono ꝑlibens gerã. De epl̃is et opuſculis noſtris q̃
apud me diſperſa eſſent qr admonuiſti me ea ſi inueniri poſ
ſent cogere/obtẽperaui tibi. Cõgeſta ad te mitto/cũ epl̃a
quã ꝑfationis loco tibi cõfecimus. Si ĩprimenda vt ſpero ꝛ
vt polliceris curabis: ea nõ alȷ̃s codicibus ita agglutines
vt ſeparí nõ poſſint ſ; ſeorſuz valeant vno libello ꝯphendi.
Recognoui ꝑterea per hos feriarũ dies tractatulũ quez
ſupra annos ſex de cõceptione virginis (ſicut noſti) edide/
rã. aliqua in illo mutaui. addidi item pauca. Hoc tu michi
iodoce indulge/vt ĩprimat̃ purgatiſſimis litteris/ꝛ gran=
diuſculis/ad eũ modũ quem in meo codice ĩuenies/ cũ an=
notationibus que margini inſunt. Atq; ita lege: vt ſi quod
te offendat verbum/illud emendes ad metri conſtantiam.
Si impeditus eris quo minus id michi preſtare poſſis: re
mittito domũ vniuerſa. Hec enĩ ſunt architypa/quorũ nul
lum apud me exemplum manet. Uale

## Robertus gaguinus Laurentio burello doctori theologo Carmelite. S. liiii.

CUm tuam laurenti pater epl̃am lego: niſi ali
oquin michi notus eſſes: in ſuſpitionem alicu
ius tue in me aſſentationis cõfeſtim veniſſem
Scaturiũt eĩ laudibus/q̃ vtinã vere dici mee
poſſent. Sed ſcribere te ſic intelligo ob cõpen
diũ quod de francorũ annalibus a me nuper edituz legiſti.
Nec arbitror te ſecus ac ſentis ſcribere. Religioſe enim eſt
grauitatis a blandicȷ̃s et palpationibus eſſe alienũ. Con=
ſcius tamen ſum quantulum temporis in ea re conſumpſi.
Egrotabam ꝓfecto et fraudandi morbi gratia/noctu ma=
xime/cum quieti non daretur locus feci ex longa hyſtoria=
rum ſerie epythoma. Cui ita euenit: vt impreſſorez ſiniſtro
ſydere adiret: male de litteris merentem/et ſui quidem cõ
modi fameq; apprime incuriũ. Cuiꝰ vtinã ignorantie nulla
me portio attingeret. Eſſet enĩ opus ſuis mẽbris atq; iter
ſectionibꝰ multo diſtinctiſſimũ. Sed q̃nquidẽ emiſſum eſt:

nulla meo honori via cõſuli/ꝗ altera ĩpreſſione põt. Mob
rem ab integro recognitũ meũ laborez/ꝛ non ĩutilibus ap
pendicibus ampliatũ/lugdunenſi ĩpreſſori (Jodoco badio
hortante) cõmiſi. Jtaqꝫ ex ipſius eruditiõe atqꝫ diligentia
ſpem capio ĩpreſſure melioris. Tuũ igiꝛ optime pater erit
dũ hec ſecũda ĩpreſſio ꝯplebitur: litteratos viros hortari/
negligere priores illas ſordiculas ĩpreſſorũ ꝛ cõparare ſibi
emendata ꝛ erratis carentia volumina. Uale. Apud ma-
turinos pariſiorũ. xiiij. kal. Januarias.

## Robertus gaguinus Jodoco badio. lvi.

Dedimus ad te litteras nõ paucas/poſtremas
maxime ꝑ robertũ quendã in italiã ꝓficiſcentẽ
ante dñicũ natalẽ quo tp̄e ipſe grauiter egro-
tabã femoris tanto tumore: vt ĩde michi vlti-
mã diez expectarẽ. Decubui eo morbo mẽſes
tres adeo mẽbroꝝ oĩm officio deſtitutus/vt nõ niſi alienis
virib⁹ mouere me poſſem. Jã dei benignitate exſurrexi et
paulo plus limace ingredior baculi p̄ſidio fultus. Meis te
lr̄is badi hortabar ſollicitũ eſſe opuſculorũ meorũ q̃ vt ĩpri
menda darem ĩpuliſti. Qd̄ differendũ eſſe aiebas/ob ſuſce
ptã ĩpreſſionẽ librorũ iohãnis de ꝑtib⁹. Nũc ne ꝓmiſſi obli
uiſcaris tui iterũ atqꝫ iteꝝ maxime oro. Cura ĩplere qd̄ pol
licit⁹ es. Nã ꝙ exẽplar habes toti⁹ opis mei ep̄laꝝ dico et
lucubratiõis de cõceptu virgineo/nec michi quicqꝫ inde re
tinui ad moleſtiã michi eſſet deperdi quicq̃d eſt vigiliaruz
mearũ. quãqꝫ ſcio illud minimi fore. Sed ĩeſt cuiqꝫ aliquid
ſimiarũ nõ diſſimile/q̃ licet ſpecie deformes ſint/feturã ſuã
tñ amant. Ergo badi ſic age/vt cui⁹ principiũ dediſti id ad
finẽ vſqꝫ ꝑducas. ꝛ quũ ĩpreſſum erit aliquot ĩde ad me vo-
lumĩa demitte. Uale. et tuo patrono meo noĩe cõmenda-
tionis officiũ exhibe. Ex pariſijs. xviij. kal. maias.

## Robertus ga. Carolo ferrando. S. lvii.

Bene admodũ michi mereri de veritate vide-
ris/q̃ tua vel ſcripta vel dicta cupis ab amico
libere iudicari. Nichil enĩ nocentius eſt hoĩz
ĩtegritati ꝙ̃ vicia eorũ vel diſſimulando p̄te-
rire/vel aſſentando ꝓbare. Sz ꝙ̃ꝙ̃ odoraret
in tua ep̄la veſtigiũ caracteris tulliani/nõ temere quippiã



in te cõmittere aſſumebã/quo te a me taxatũ iri putares.
Sũt eĩ pleriqꝫ ſcp̄tores q̃ cũ ſua oĩa caſtigatiſſima eſſe ſibi
ꝑſuaſerint/alieno ſe examine rep̄hendi indignanꝛ. Sed vt
grauioris culpe non admonere amicũ ſcelus eſt: ita leuiſſi-
mos q̃ſqꝫ lapſus inſectari inhumanũ. Que cũ ita ſint nõ ve
reboꝛ poſthac ſi quid tuorũ ad me operũ referetur illud ex
amuſſiz ſcrutari/ꝛ quaſi ꝑ cuniculos penetrare ĩ abſtruſiſſi
ma ſtudia tua/ſi forte alienũ aliq̃d in tuos vſus furto ſuſtu
leris. ꝙ̃ꝙ̃ id ſi raro fit arguẽdũ nõ puto. Nã bona pars elo
quentie imitatiõe q̃riꝛ q̃ tñ nõ integris orõibus fieri ſed ſi
militudine cũ gñis tũ ſtili ꝛ formarũ varietate vt eſt quĩtili
anus locupletiſſimus teſtis cõcediꝛ. Jtaqꝫ ſi tuo exẽplo ple
nas ex cicerone ꝑiodos tanꝙ̃ ſuas q̃s ꝯſuerit: furis poti⁹ ꝙ̃
imitatoris nomen recte cõſequeꝛ. Eiqꝫ facile cõueniet is q̃
de graculo aliarũ volucrũ p̄enis decoro fertur apologus.
Nã in prõptu eſt cuiqꝫ mediocriter ſapienti/more hyſtrio-
nis aliena veſte deſũpta vel ſe regez vel phm ſimulare: ꝛ ſe
exhibere neſciẽtib⁹ qd̄ nõ eſt. Quare te volo carole ſicut ia
ctantiã ſemꝑ vitaſti/ita ſtudeas ꝓpria tua orõne/q̃ imagi
nẽ cuiuſpiã ꝓbati autoris rep̄ſentet ꝯponere q̃ ſis poſthac
ſcripturus. Uale. Ex mea biblyotheca. ij. noñ. decembris.

## Robertus ga. Marcillio ficino. S. lviii.

Virtus ꝛ ſapia tua ficine tanta in nr̄a maxime
academia pariſieñ. circũferꝛ/vt cũ in doctiſſi
morũ virorũ collegijs: tũ in claſſibus etiã pu
erorũ tuũ nomen ameꝛ atqꝫ celebreꝛ. Teſtes
tuorũ meritorũ ſũt illis p̄clari labores tui q̃s
vt platonez latinũ redderes deſũpſiſti. auget
gliaz tuã plotin⁹ ex ſchola platonis latinus a te factus. Le
gunꝛ p̄terea atqꝫ in p̄cio habenꝛ alia lucubrationis tue vo
lumina ꝛ familiares ep̄le. quib⁹ oĩbus/pleriqꝫ noſtratium
ſcholaſticorũ ardent te facie noſſe ꝛ intueri hoĩem a quo tã
p̄clara doctrine monumenta ꝓdierũt. Jnter quos hic me⁹
amicus gaucerus barterius italiã petens cõſtituit videre
te: nõ minore ſtudio capiende eruditiõis ꝙ̃ plato egyptios
ꝛ gaditani aliquot liuiũ romã petiuere. Feceris vir optĩe
ꝓ ſapia atqꝫ eſtiatiõe tua/ſi iuuenẽ lr̄aꝝ cupidũ ad te admi
ſeris/addiderisqꝫ illi etiã vltro currẽti ſtimulos ad doctri
nã capeſſendã. Uale. ex pariſijs. kl. ſeptẽb. M. cccc. xcvi.

QUāqꝫ longa nos terre et maris intercapedo
corpore ſeiūgit: par tñ in xp̄o caritas (q̄ꝫtū de
te religioſiſſime pater ſperamus) aīo cōgluti
nat. Nā ⁊ ſi ambitioſa cōtentione ꝑncipes di=
gladienꝫ: ij tñ qui xp̄o militant pacē ſibi a ſuo
celeſti rege relictā cuſtodiūt. Qua quidē ſpe adductus ni=
chil diſtuli ad caritatem tuā pauciſſimis ſcribere. quo ſcias
me nunq̄ꝫ obliturū vltro citroqꝫ legatiōis noſtre quā ſupra
paucos annos de beniuolentia ⁊ pace iter meū tuūqꝫ regē
cōponenda ſeruandaqꝫ geſſimus. Que ei ſimilis cā nos ad
amicitiā aliqñ ꝓmouit: eadē nūc firmatis amicitijs/amiciſ
ſimos efficere dꝫ. Mitto ḡ tue caritati libellū quē de virgi=
nis marie cōceptione grauiſſimo tenaſmi morbo liberatus
edidi. vt ſit tibi monumentū amoris erga te mei. Addidi ꝑ
terea elegiacū de miſera hoīs cōditione carmen. Que licꝫ
minimi a te exiſtimari poterunt: talia nichilominus ſunt/
vt ea propter ſui breuitatē aſpernari non debebis. Uale.
Ex Pariſijs. iij. nonas Junias. M.cccc.xcij.

## ¶ Ad miniſtros ordinis in capitulo generali Roberti gaguini oratio .ix.

QUod ſepe ꝑ ſupius biēniū optauerā: ⁊ a beni
gniſſimo oīꝫ patre deo votis oībus ſedulo po
ſtulaui: vt illuceſceret aliqñ dies ī quo vos di
lectiſſimi fratres hoc loco pacis tp̄e cōgrega
tos cōſpicerem: ⁊ poſt tot bellorū defatigatō
nes aliqñ tranqlle cōſolarer: reficerēqꝫ pabulo verbi dei:
atqꝫ linirem vnguento ſuauiſſime quā ad vos gero carita=
tis: nondū plane nobis eſt (vt ſuſpicor) īpetratū. Nā q hic
cōſeſſus noſter nō ſatis aſſidentibus eſt cōfertus: intelligo
quoſdā adhuc tp̄i diffidere. ⁊ aliquid augurari future tēpe
ſtatis. vl̄ timidos laboris domi torpeſcere: qꝫ labēti ordini
ſuo conſultū iri ſua ꝑſentia maluiſſe. Nichilo tñ ſegnius pa
tris exeq̄mur officiū. ⁊ eo quidē deuoti⁹ quo ſaluator dn̄s
xp̄s affuturū eſſe ſe dixit in medio duorū vel triū qui ī noīe
eius fuiſſent cōgregati. Meū nēpe eſt viri fratres (meū di
co ꝓ munere ſuſcepti miniſtratus) pricipio cōuentionis hu



ius de litteris diuinis apud vos ſalutarem admonitionem
habere. vt primū oīm deus ipſe queratur a nobis. qui cū re
cte queſitus eſt/reliqua oīa adijcere ſe benigne pollicetur.
Ergo vt mos eſt diſſeminatoribus veritatis: ⁊ ijs qui con=
cionanꝫ ad plebem: humilitatem virginis comprecemur:
que mediatricis officiū materno iure conſecuta: fert miſeri
corditer patrociniū imbecillis. Nec enī illi poterit eſſe non
grata ſalutatio: qua nūcius celeſtis gabriel illam eſt officio
ſiſſime veneratus: ſi nos demiſſi/⁊ per humilitatem procū=
bentes: petierim⁹ inſufficientiā noſtrā adiuuari ſupplemē
to gratie ſpiritalis. Cui⁹ ſupabūdantē eſſe mariā ſupnus
ad eā demiſſus orator confitetur. Aue inquit gratia plena.
¶ Epiſtolaris lectio q̄ celeſti voce nūc iter reꝫ diuinā nobis
inſonuit viri fratres/verbū hꝫ: quod recte ſuſceptū: noſtre
profeſſioni ꝯducere poſſit. Ibi nāqꝫ ex perſona ſapie dictū
audiuimus: in habitatōe ſancta corā ipſo miniſtraui. Quā
ſententiā ex eccleſiaſtico fonte manantē/volo in ortos con
ſcientie veſtre breui riuo deriuare: ad irrigandā ſementem
ꝟtutū/quas cupim⁹ in vobis ꝑ deū bonorū oīm largitorē
īcrementū accipere. Neqꝫ anim⁹ eſt nobis purpurata orōe
gloriā querere dicendi: ſed modeſtiſſimo ⁊ facili genere lo
cutionis/verbū ſalutaris adortationis inſtar patris ꝓpo=
nere. Quare per dn̄i ſaluatoris expertā oībus bonitatem:
per ſalutis veſtre non oblitam caritatem: vos hortor: cum
corporis aures noſtris monitis adhibueritis: figite ipſum
quod loquemur penitus in animos veſtros. ne leuiſſimi ſpi
ritus exemplo ſermo noſter hic aditū illic exitū inueniat.
Enīuero pro duplici verbo quod thema ꝑpoſitū amplectiꝫ
duabus etiā partiūculis rem oēm vix credibili breuitate
ꝑcurremus. Habitationū nāqꝫ varietate ſūmatim recēſita:
vbi religioſus homo potiſſimū īmoreꝫ/cohibende īſtabili
tatis cā/primū attingā. Deinde ne deſidia atqꝫ oſcitatiōe
lenteſcat: quo ſe miniſterio exerceat ꝑpropere monſtrabo.
De habitaculis oīm aīantiū viri fratres illud primū ꝯſtat:
terrā domiciliū eſſe oīm mortaliū. ⁊ cūcta illic viuentia na
tura duce diuerſari: vbi ꝯſiſtēdi ceperūt exordiū. Sꝫ feris
quidē alia: alia hoībus habitatio eſt. ferarū rurſus q̄dā ſil=
uas: aliq̄ abſtruſiſſimas ſpelūcas: nōnulle fluuios/⁊ altos
aquarū gurgites inhītant. Solis porro hoīb⁹ domos atqꝫ

vꝛbes condere/ et mutuis ſe iuuare auxilijs tributum eſt.
Qui cū diuini cuiuſdam ſpiritus lumen acceperint: non in
agris ſub diuo vagi: neqꝫ in ſiluis frondibus contecti: ſed
ad ībecillitatem ſuā muniendā/firma in longos dies mate
ria receptaculū ſibi ꝯſtruxere. Ubi tametſi moderatrix re
rū temperantia/et amica virtutū oīm paupertas ſobꝛios
aīos tenuerit: ſenſim tñ habendi deſideriū irrepſit. et opū
dānoſa eſuries luxū atqꝫ libidinez inuexit. Quibus ſtatim
vicijs labefacti hoīes/tanqꝫ ſe perēnes terre colonos aſcri
berent: ciuitatem habitationis (vt eſt in pſalmis) cōſtitue
rūt. Hinc erigi in celū cepta eſt ſuperba illa turris babilo=
nis. hinc domite crudelibus armis nationes. Hinc fera ty=
rānis. hinc deniqꝫ imperia ſunt ampliſſima comparata. Eo
factū eſt: vt quot linguis genus loqui humanū: tot ferme
videas habitandi modos in terris. ita vt patriam vbi quis
natus atqꝫ educatus ſit: alterū peculiarem ſibi mūdū eſſe ꝑ
ſuaſerit. Quin hereditarias domos et patrios lares ſingu
li ꝓpe hoīes/oꝛbem ſibi atqꝫ imperiū eſſe cōtendunt. Tuū
inquiunt illud eſt: hoc meū. Quibus ⁊ ſi eſt neceſſaria mo=
riendi cōditio: dolent ſe tñ eſſe moꝛtales. Idqꝫ agunt: vt qꝛ
e terris eſt cōmigrandū: ipſi vel ꝓpagine liberoꝛū vel no=
minis perpetuitate/terrā quam amauerunt perēniter in=
habitent. Quāobꝛem vt quiſqꝫ diuerſo ſtudio fuerit ille=
ctus: ita habitandi ſibi domū atqꝫ contubernia hoīm cōſti
tuat. Singulis nāqꝫ vicijs quibus peccatoꝛ addictus eſt/
parem his locū: pares habitatiōis ſocios habet. Nam vbi
facilius q̄ in mercato cū opulentis auarū: cū ſcurris para
ſitū: cū homicidis parricidam: cū effeminatis mulieroſum
hoīem queſiueris? hoꝛū oīm in vꝛbibus cōuenticula repe=
riri facile eſt. Qui licet facie hoīes ſint: tectoqꝫ et muris cō
cludantur: rectius tñ illos cū beluis habitare: rectius pecu
des eſſe putaueris. ꝓpterea dictū a ſancto hieremia illud
eſſe puto. Habitatio tua in medio ydoli. Et item illud dani
elis. Cū feris habitatio tua. Ydolū pꝛofecto feraqꝫ is pul=
chꝛe eſtimari poteſt: qui vel foꝛma tantū homo/domi toꝛ=
pens nichil opat. vel qui operibꝰ ſe īplicat īmaniū beluaꝝ
Cuius gn̄is oſtenta ezechieli ꝓmonſtrans deus: fili inquit
hoīs qui habitant in ruinoſis hi ſūt. Et antea quid in vꝛbis
dierū id eſt paralipomenō de filijs lada ⁊ mareſa ſpiritus



ſanctus dixerat: hi ſunt figuli habitantes in plantationibꝰ
et ſepibus. A quoꝛū (vt michi perſuaſi) diuerticulis et ini=
quis habitatōnibus quia facti eſtis alieni: illud licebit illis
impꝛecari quod regius vates ſapienter eſt impꝛecatus. Fi=
at inquit habitatio eoꝛū deſerta et in tabernaculis eoꝛum
non ſit qui inhabitet. Uos diuine religionis felices incole:
qui decoꝛem domus dei/et locum habitationis eius diligi
tis: cū mundam et ſolidam: tum ſecuram vobis habitatio=
nem ſub vmbꝛaculo dn̄ice crucis conſtituiſtis. Mūdam di
co carnis et animi puritate. recta intentione ſtabilem. nec
contra ſpiritales inſidias inquietam. Quaſi libanus īquit
ecclesiaſticus non inciſus vapoꝛaui habitationem meam.
Non inciſus ille atqꝫ intactus pulchꝛe nomīatur quem car
nis cōmendat integritas. qui nulla exulceratus libidine vi
roꝛe virginitatis effloꝛeſcit. Qꝫ ſi de firmitate religioſe mā
ſionis teſtimoniū queritis: iam ad fundamenta que iacta
ſunt deſpicite. Xp̄m ieſum quem diuus paulus petram ap=
pellat conſiderate. Jactum eſt in eo ſtabilimentū omnis ſa
lutaris edificationis pꝛeter quod ponere nemo alius po=
teſt. Unde et ſanſonem quo nomine omnis religioſus ho=
mo non inepte vocabitur/ſanſonem inquā legimus in ſpe=
lūca petre habitaſſe. Qua in re beate religionis firmamen
tum requieſqꝫ datur intelligi. Spelūce nāqꝫ vocabulum va
cationem nobis a ſecularibus curis/petra ſoliditatem ce=
nobitice conuerſationis expꝛimit. Uultis dilectiſſimi fra=
tres vultis ſecuritatem cepte a vobis vite cognoſcere? vol
uite animo turbulentas ſollicitudines terrenoꝛū hoſpitū.
Curſitant omnes tracti vel opum deſiderio: vel fluitantis
glorie cupidine. in regiones abeunt lōgiſſimas. maria tra
ijciunt. mille ſe periculis obiectant. rapiunt. congerunt. cō
tendunt. digladiant. fundunt ſanguinem. diruunt vꝛbes.
Alius pꝛocul exulat. gemit alius domi. Sibi timet. pꝛo vxo
re/pꝛo liberis cruciatur. vt tragicum illud experiri vere
poſſit. Turbine magno ſpes ſollicite vꝛbibus errant. Uo=
bis autez (vt apoſtoli verbo loquamur) quis nocuerit ſi bo
ni emulatoꝛes fueritis? Uos enim ſemoti a ſeculo: vos re
gi xp̄o habitationem pꝛeparantes: canitis. Elegi abiectus
eſſe ī domo dei magis q̄ habitare in tabernaculis peccato
rum. Et illud. Beati qui habitāt in domo tua dn̄e. Gaude

bo igitur fratres mei dilectiſſimi ⁊ exultabo in deo ieſu meo/
cuius diſpenſatione/et cōcordibus animis veſtris vos pa
ſcēdos accepi. ⁊ in hītatione ſancta corā ipō miniſtraui.
¶ Jam ſuſpicor quoſdam veſtrum apud ſe cogitare/q̄d mi
niſtrationis nomen ipm̄ velit: cum habitationē noſtrā qui
etam atqꝫ ocioſam eſſe debere narrauerim. Miniſtrare nā
qꝫ ad negocium pertinet. religionē incolere officiū eſt con
templantis. Si qua in vobis eiuſmodi meditatio eſt viri
fratres: ſapite oro quomodo et quies religioſis: ⁊ quō ne
gocium cōueniat. Animus liber ⁊ quietus is ſolus eſt: quē
ſuperuacue atqꝫ inanes ſollicitudines opum ⁊ glorie nō oc
cupant. quem fraternus liuor nō cruciat. in quem nullus ti
mor calamitatis incidit. qui ſpretis oblectamētis ſeculi: ſo
lius dei amore intra ſepta religionis continetur. Sic pedi
bus dn̄i aſſidens maria quieſcebat. Sic doctor gentiū pau
lus corporeis preſſus anguſtijs/ſed mente ſolidatus dice=
bat. Quis nos ſeparabit a caritate dei? Uobis ergo fra=
tres cariſſimi intus eſt (ſi boni eſtis) ociū: foris exercitiū ⁊
labor. labor dico nō cum ſeculo momentaneus et fluitans.
non turbulentus. non anxius: ſed cuius merces ſit in celo
ſempiterna. Uoca (inquit dn̄s vinee p̄curatori) operarios
et redde illis mercedem ſuam. Operarios certe nos deus
in hac ſancta habitatione conſtituit. quibus ſingulis omniū
id eſt confratrū noſtrorum curam mandauit. et ad paupe=
res ſuſcipiendos eſſe voluit hoſpitales. deqꝫ liberandis ca
ptiuis p̄curatiōem cōmiſit. An ne forte in his tot ſuſceptis
rebus laudabiliter eē poſſumus ocioſi? Quid miniſtri no=
mine niſi diligens ſuſcepti operis executio ſignatur? Non
enim prelationis (vt quidā noſtrum inaniter glorioſi iacti
tant) neqꝫ dignitatis eſt vocabuluꝫ. Scribit enī ad thimo.
apl's. Tu vero vigila/in oībus labora/opus fac euangeli
ſte. miniſterium tuū imple. implebimus quidē: ſi per inno=
centiam mundiſſimi: ſi per ſapiam vigiles: ſi vtiles per do
ctrinam: ſi per pacientiā viriliter miniſtremus in aduerſis
Ambulās (inquit per pſalmiſtā dn̄s) in via īmaculata hic
michi miniſtrabat. Et rurſus. Ero īmaculatus cū eo et ob
ſeruabo me ab iniquitate mea. De paſtorum aūt vigilātia
ſcribens lucas euangeliſta. Erant inquit paſtores in regi
one illa vigilantes vigilias noctis ſupra gregē ſuū. Et pe



trus de doctrina miniſtrorū ait. vnuſq̄ſqꝫ ſicut accepit grāꝫ
in alterutrum illā adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores
multiformis gratie dei. Igr̄ fratres ⁊ cōminiſtri mei cariſſi
mi ſimus aliq̄n cū martha de rebus noſtri gregis ſolliciti/
nōnūqꝫ vero cū maria celeſtibus gaudijs intenti. Sic viua
mus vt non vituperet miniſteriū noſtrū. ſed ſic nos exiſti=
met hō vt miniſtros xp̄i. Quos ſue participes p̄ſentie xp̄s
ieſus eſſe voluit ſemp̱ cū inq̄t. Uolo pater vt vbi ego ſum
illic ſit ⁊ miniſter meus. Quod ipſe p̄ſtare dignet qui de ce
lis miſſus non miniſtrari ⁊ p̄ſidere/ſed miniſtrare et ſubdi
tus eſſe non reſpuit. Amen.

¶ Robertus gaguinus ordinis ſancte trinita
tis et redemptionis captiuorū generalis mi=
niſter. Uenerabili cornuabbati Ciſtercienſis
ordinis. S. epiſtola. lx.

DEcūbebam profluuio grauiter admodū affli
ctus cū tabellarius ex ordīe minorū tuis lr̄is
me occupauit/⁊ iam totos dies quīdecim ita
inanis languerā/vt macilētia extenuatus vi
deri poſſem larua. Laborāti tū ⁊ tota fere vir
tute defecto viuacitateꝫ quandā ſpūs lectio litterarū tuaꝝ
induxit/ob eā rem maxime q̄ me p̄cul abſentē memoria re
tines. offerſqꝫ hoſpitalitatem ſi q̄n ad inſubres negociū me
p̄duxerit/aut ſi legatione aliqua functus romā fecero iter.
Quorū neutrū accidere opto. Nā nec labor etati/nec lega
tiōis munus longis itineribus cōfecto cōuenit/hoc noſtro
quidē ſeculo vbi ⁊ virtuti rarus honos/⁊ labori nulla mer=
ces ſuccedit. Itaqꝫ res apud me ſic ſe hꝫ langueo et carne ⁊
ſpiritu corporis curam medici gerunt/michi q̄ꝫtum ex alto
numine datur/ſpūs curatur. Iā xp̄o digniſſime abba ſiue in
terea curabor ſiue ſpirit⁹ hos deſeret artus ſancto illi ceno
bitarū tuo conuentui cōmendes: vt celeſtibus hymnis ad=
iutus michi bene vtcūqꝫ eſſe poſſit. Uale. Ex cubili gra=
uiſſime egrotantis amici tui gaguini. Datū pariſius apud
maturinos. iiij. idus Aprilis.

¶ Robertus gaguinus Boſtio. S. lxi.

CErtum ad te ſcribere nichil magis poſſum: ꝙ
ꝙ ſcriptione dignū michi occurrit nichil. deſi=
dent fere oīs qui litterati apud nos eſtimari
volunt. Et ſi quid ſcribunt/tale eſt qđ nullo di
cendi ſplendore illuſtretur. Nam perraros vi
deas quibus inſit aut ad moratam/aut hyſtoricam/aut fo=
renſem orationem ſatis accomodatus caracter. Eſt vnus
oīm ſtilus. eađ ſcribēdi forma/quam ij qui queſtionarij ap
pellantur paulo magis ſupra ducentos quinquaginta an=
nos magno litterarū detrimento inuexerunt. a quorū cre=
berrimis ſcriptis ſi hec vocabula/qm̄/poſtꝙ/cū/conſequē
ter/preterea/ſed contra/in contrariū/reſponſio/ſolutio/⁊
hmōi apud illos paſſim redundantia decuſſeris ex īmani
fiet liber breuiſſimus. Et hec ꝙꝙ ita ſunt/herent tñ noſtra
tes et torpeſcunt/illorū vel ſcriptionibus contenti/ vel ti=
midi comptiore ſtilo aſſurgere ſcribendo. Inter has tēpo=
ris noſtri tenebras expergiſcitur. tñ carolus ferrādus ſcri
bere in vincentiū illū cui dij cū ſuo illo execrabili in virgi=
nez codicillo malefaciant. Quem libellū vt haberet in quē
pila potenter emitteret: carolo cōem feci. Nec ab alio (ſi ta
cebit) vindictam de maledico depoſcas/ꝙꝙ maxime cu=
pio ociū michi dari/vt rerū mearū et ſalutis in oīe tēpus
tutrici virgini marie patrociniū religioſiſſime defenſionis
pius ipſe cliens īpendam. Scriberet forſitā et fauſtus quē
ad carmina muſe inſtituiſſe videntur. Sed aliud meditat̄
⁊ agit. totuſꝙ in balbū rapitur. In quem eglogam his pro
ximis noctibus lucubrauit. et nunc imprimendā curat indi
to nomine de balbi fuga. Vale. Ex pariſijs. iij. kal. febr.

¶ Robertus gaguinus Heraſmo ordinis
diui Auguſtini canonico. S. lxii.

BEllum heraſme non tam difficile ꝙ odioſum
aduerſus deſpicabile hoīz genus qui ſtudijs
humanitatis detrahere non deſinunt ſuſcepi
ſti. nullis enī machinis vincas/quos licet vi=
ceris eos ignorantia pertinacior facit. Nullo
in illos grauiore tormento quippiam preliabitur/ꝙ ꝙ iudi
ces ſibi ſunt: eos ſolos in ore et fama hoīm litteratorū ver=
ſari: qui cū ſapientia eloquentiā iūxerunt. et (quod ignorā



tiſſimus quiſꝙ illorū negare oīno non poteſt) ipſos ꝙ fa=
bularū ⁊ rerū fere inutiliū ſcriptores cum tp̄e preterire nō
potuiſſe. ſed conſeneſcere hactenus/⁊ cū admiratione ⁊ vo
luptate legi. eorum vero quibus eſt anilis quedā ⁊ herens
balbucies/paucorū dierum eſſe memoriam. Quod cū ipſi
aliqñ ſentiunt: ſi ex autoribus quos exibilant ſplendidum
aſſumunt: illud ſuo operi tanꝙ aureū pannū cōmittentes/
eloquentie opinionem aucupantur. Illudꝙ maxime mirū
eſt/ inter ſacros autores cū eos potiſſimū laudent/qui vr=
bana ⁊ expedita elocutione ſuas cogitationes tradere po
tuerunt: cur in altero dānent quod in alijs admirantur et
predicant? Cur reprehenſibile cenſent in ea re eminere: vn
de reliquos eiuſdem generis anteire glorioſuz eſtimatur?
Si ratiōe ab inanimis diſtamus: cur non elaboremus in eo
preſtare/quo homo homī ſine iniuria ſuperior eſſe poteſt?
Qītum enī muto balbus añcellit: tanto eſt quippiā diſer=
tus balbo et diſerto eloquens preſtantior. Et horū procul=
dubio īpudentiam tametſi contemptui habeo: non iprobo
tñ ꝓpoſitam tibi in eos miliciam. Feriendi ſunt omī gene=
re telorū. que ſcite admodū congeſta iacularis ꝓbe/ ⁊ acer
rime torques. In qua re ſuperuacuū quid conſiliū tibi meū
accederet/qui abſoluto iam operi nec detrahere nec adij=
cere quicꝙ recte poſſum. rem enī cōceptam multa breuita=
te proponis. partiris luculenter/⁊ ſummo pertractas inge
nio. apte cōponis. ornas venuſte/nec deeſt tibi carneadis
vehemens diſputatio. vnū heraſme ab amico non moleſte
feras: protendis longiuſcule ꝓhemiū. et battū primas par
tes agentem (ꝙ abſꝙ interlocutore longiuſculus ſit) quip
piam forte reprehēdet. Saciat enī diu cōtinuata locutio.
que dū diſputatoris viciſſitudine variatur/recreat ꝙ atꝙ
oblectat auditorem. Nec velim ad eā rem me cenſore vta=
ris. Conſule eos qui dyalogis agunt. pūctis quibuſdā atꝙ
articulis frequenter/perpetuis autem orōibus per ſemet
diſputant raro. Plato ille inter grecos/inter latinos cice=
ro/⁊ alij nōnulli iuniores tibi autores erūt. Sed ridiculus
tibi aliptes fuero/ſi i formoſe veneris cute neruos curem.
Satis tibi es/expūgere quod redūdat: et ſi quid deſit ap=
ponere. De ijs autem que a francis per ſuperiores proxi=
mos dies glorioſe geſta ſunt/ longa conficienda eſſet epl̄a

īmouero ingens tractatus. Conſtat enī iā ſupra annū caro
lū regem ſuperatis alpibus / mox liguribus inſubribuſqꝫ /
etruſcis qꝫ ⁊ latinis tranſmiſſis: expeditionem in cāpaniā ⁊
neapolim duxiſſe. exturbatoqꝫ alphonſo regionē oēm rece
piſſe / ⁊ de hoſtibꝰ cū triūphaſſet atqꝫ inde cōpoſitis ex ſua
ſnia rebꝰ in franciā iter faceret venetos cū ludouico medio
laneñ. ⁊ multis italicis regulis / exercitū victori carolo ob
iecisse / ratos ītercipere poſſe eū a q̊ nulla fuiſſent īiuria la-
ceſſiti. Sꝫ alr̄ ac ſperabāt accidit. Apud fornouam triginta
millibꝰ ſtippatꝰ in frācos irrūpens hoſtis / repulſus fuſuſqꝫ
eſt / quattuor millibꝰ amiſſis / cū ex caroli copijs lōge pauci
ores ſint deſiderati. Ad hūc modū ſaluo exercitu ad aſten-
ſem vrbem nō ſine hoſtiū ignominia ſe recepit. Nūc aūt au
ctis copijs taurini aduerſus hoſtem aīoſus pſtat. Si hec ꝓ
lixius ſcripta eſſe cupis eplām tibi mitto de hac victoria ab
eo qui pugne affuit ſcriptam. Vale.

¶ Ro. ga. Johāni abbati ſpāneteñ. S. lxiiii.

QUāqꝫ ſcio volucrem eſſe famā: ⁊ eā ob rem a
poetis allatā fingi: q̄ videlꝫ incōſiderata pni-
citate pleroſqꝫ ociſſime circūferat: miror tñ q̄
me cereis aſſumptū alis rhenū traijciēs flucti
bꝰ nō obruerit / vt q̄admodū ſuo ycarus mari
ita flumini nomen īponerē. Sed leui credo onere laſciuiēs
facile me p̄teruexit: vt ſi ad hiſtrū forte ꝑueniet vortigine
mox ꝑpetua obruar. gaudeo nichilominus vehementer te
domi excepiſſe me / ⁊ priuſqꝫ riſibꝰ maliuolorū paterē in te ī
uenīſſe ſuffugiū quo aduerſus detractorū linguas tua ſim
tutela ſecurus. Ergo mi venerabilis pater ſi meis ſcriptis
aliqñ occupatus meas nugas leges: nichil pertimeſco ſiue
quid perperā: ſiue minus accōmodate poſitū offendes. Eſt
enī precipue humanitatis: talē aliorū opuſculis accōmoda
re te: qualem tuis in rebus alterum expectas. Itaqꝫ (vt de
me ſcribere abſtineam) faſciculū librorū tuorū atqꝫ epiſto-
lam heſterna die accepi: non per eū quē ſperabas obſeruan
tinū minorem. Ille enī apud cōfratres ſuos mettenſes re-
ceptus iſthic manſit. Fidelis tñ tabellarij officio fūctus / vi
cariū ꝯſtituit qui tua munuſcula ad nos ꝑferret. Munuſcu
la dixi operis cōpendiū. Alioqn ſi ad pondus ⁊ rerū graui



tatem ſpectes: dignū ꝓfecto eſt quod munus ingens appel
lem exiſtimēqꝫ. Nam monaſtice ſanctimonie ita recte de-
ploras interitum: vt occidentem īmouero iam lapſum diui
benedicti ordinem oculis intueri viſus ſim. quo infelici de
trimento atqꝫ calamitate cū plane intelligā pleroſqꝫ oīes
ordines vna collabi ⁊ ruere: ingemui ⁊ grauis me meror af
fecit. Quis enī verus religionis cultor nō illachrimet / cer
nere ameniſſimas olim ꝑ ecclīe p̄dia areolas: ꝓ fructifera
oliua ſpinas: pro florida ficu tribulos: pro ſuauiſſima vite
ſqualentem et auſteram ꝓducere labruſcā? Nō queror hoc
loco mutatos tantū monaſteriorū mores: nec penetrare cō
tendo cellas ⁊ penetralia monachorū / foras ꝓdeūtiū hītū
Indignabūdus ⁊ pudens miror. Quis non moleſte ferat
tunicellas inſtar laicorū breuiatas: anguſta ſine cucule hu
mili exemplo ſcapularia complicata ad latus. Calligas in
renes vſqꝫ et vmbilicū arctiſſime tenſas: que cum puden-
dam partem obtegere deberent / eam deformatis expreſ-
ſam lineamentis repreſentare intuentibus non erubeſcūt.
Voces inconditas: ſermones impudicos: laſciuos et petu
lantes inceſſus / quottidianas cū mulierculis palā fabula-
tiones. Adde omnis ludicre artis ſtudia / quibus complu-
res deditiſſimos eſſe notū eſt. Reſonantem fiſtulam pro
pſalterio tractantes: choreis et ſecularibus conuiuijs cō-
municant. Epyphyatos ſibi equos et comatam iuuenū fa-
miliam longo ordine componunt / alunt / non eſurientes /
ſed canes ardeam et perdicem voracibus perſequūtur ali
tibus. Sed cur ego hec morum et vite monſtra recenſeo?
Puderet certe hec niſi manifeſtiſſima eſſent epiſtole aſſi-
gnare. Que quoniam vulgatiſſima ſunt / ita vt diutiſſima
conſuetudine pene tolerabilia quibuſdam videantur / non
incōmodum eſt hanc monaſtice puritatis labem ſcriptis
cōmendare / vt ſi forte ad hec velut ad ſpeculum legendi
cauſa accedet: ſue turpitudinis admoneatur: intelligatqꝫ
qꝫ procul a ſanctimonia religioſe conuerſationis deerraue
rit / dum pro vigilantia inertiam / pro humilitate iactan-
tiam / pro abſtinentia crapulam / pro continentia libidinē /
pro paupertate luxuriantes diuitias / ⁊ pro modeſtia petu
lantiam ſectatur. Quorꝫ incōmodorum ſcaturiginem ſi q̄s
diligenter ſcrutabitur: opulentiā dānabit que ab exordio

adoleſcentis in oēm decorem religionis ſenſim inundans
ortulos ſancte plantatiōis cenoſis alluuionibus obduxit.
Hinc pro tenuibus ſtratis ⁊ anguſtis manſionibus ornatiſ
ſima cubicula atqꝫ editiora tecta / proqꝫ oratorijs templa /
pro cilicijs biſſinas interiores veſtes / delicatus ſibi mona
chus comparauit. Hinc obeſi ventres / et rubentes gene /
pendentiaqꝫ a mento palearia manauerunt: inde ambitio /
inde luxus faſtuſqꝫ monachos ad curias principū perdu=
xit / vbi vel ſanguinis conſideratione / vel peculiari aſſenta
tione / vel cuiuſpiam vanitatis oſtentatione cōmendati: ro
mane amplitudinis maieſtatem / non humilitatem cenobij
ſequi atqꝫ adire pulcherrimū eſſe duxerunt. Qua re liberi
(vt ipſi cenſent) effecti: protenus in deteriorem licentiam
ſe vindicauerunt / et obſeruantia ſanctitatis contempta
ſatis ſibi habere exiſtimant ſi annuis ex monaſterio reten=
tis prouentibus / vicariū rebus melioribus id eſt ſpiritua=
libus et diuinis preficiunt: ipſi vero amicū ſibi mundum ſe
ctantur. Ad hunc modū diſcreta abbatis popina a menſa
(vt aiūt) monachorū / grex retrorſum abijt et paſtor. Qui
bus morbis cum medela difficile adhiberi poſſe videatur:
tum propter inueteratū et putreſcentem iam plagam: tum
propter medentiū incuriā atqꝫ ignauiam ſpem vix capio in
ſtaurationis. Niſi vel tribulationis flagello callos obſtina
tionis diſcutiat deus / vel pia ſua miſeratione reſipiſcere fa
ciat errātes. Sunt enī peccantiū varie diuerſeqꝫ curatōes
ne dicam exterminationes. Sunt item periodi et circuitus
quidam quoaduſqꝫ vel progrediantur peccata / vel oīno in
tereant peccatores. Orandus eſt dn̄s vinee qui vinitores
ad colendū vineā ſuam mittat: ipſe enī eſt qui oīa opera
tur in oībus. Sed de his hactenus. De ſcriptorū catha=
logo quem conficiendū aſſumpſiſti / multū eſt quod ꝓbem.
Scriptum eſt enim Laudemus viros glorioſos in genera
tione ſua. In qua re ſatis pro tua virili parte facis viris be
ne de re eccleſiaſtica meritis / et poſteris beneficiū preſtas
quibus ad exemplū laudatiſſimos autores exhibes. Quo
rum cum numerū augeri petis: ex his qui apud noſtrates
clari habentur / rari michi in hac feſtinatione viatoris oc=
currunt / quos tibi reſcribam. preter duos quos nuper mor
tem obijſſe dolendū eſt. ꝓpterea ꝙ erant vt ſperabatur lō=



ge plurima ſcripturi. Ambo quidē galli et theologi docto=
res / ſz alter p̄ria turonenſis alter bononiēſis quod oppidū
mari anglico finitimū eſt. Turoneſi. enī ille / martinus ma=
giſtri appellatus / cū nōnulla de rhetorice deqꝫ phīa ſcripſe
rit / tum de quattuor virtutibus cardinalibus egregiū opꝰ
edidit. Cōmentuſqꝫ eſt deuotam admodū interpretationē
in orōnem diui bernardi clareuallen̄. quā ad diuam Mariā
cōceptam atqꝫ ſcriptam / mater eccleſia frequenter cōme=
morat et canit / Salue regina mīe dico. Quorū operū ini=
tia non teneo. Hunc cū ex ſchola pariſienſi rex francorū lu=
douicus vndecimus ꝓpter hoīs celebrem famam accer=
ſiuiſſet mors īmatura aſſumpſit quinquageſimū agentem
annū. Alter ꝗuis excellentiſſimi ingenij eſſet rariſſime ſcri
pſit. Nec operū illius aliud apud me extat ꝙ de īmortalita
te aīe / non contēnendus libellus. In quo recenſitis veterū
oīm ſectarū philozophice poeticeqꝫ diſcipline traditionibꝰ
catholicam ſententiam ꝓmit. Hic decrepitus interijt archi
preſbiter ſancti ſeuerini pariſien̄. Cui nomen Guillermus
houppellandus fuit. vita aūt defūctꝰ eſt īperante apud frā
cos carolo octauo / ꝗ ⁊ nūc regnat. p̄ncipiū ꝓo opis de aīe
īmortalitate hoc eſt / Antiquos phos floruiſſe īgenijs. Ad
didiſti ad munera tua metricū de trino marie candore opꝰ.
qꝺ etſi iādudū venerabilis boſtij opa michi cōīcatū eſt / nō
minus tn̄ gratie tibi habere ꝓfiteor. Eſt enī elaboratum et
terſum carmen / cuius autorem apud ſpiram et vidi ⁊ allo=
cutꝰ ſum. Quobrem lucubratio michi gratior facta eſt. Atqꝫ
vt tuis iſtis gratiſſimis īpartitionibus aliquātiſper reſpon
deam: binū tibi opuſculū mitto / meū vnū: et quidē breuiſſi=
mū quod ad eloquentie ſtudioſos carmīe lyrico id eſt ſaphi
co ⁊ adonico ſcripſi in quo rep̄henſis ſtudioꝝ humanitatis
ꝯtēptoribus / adoleſcentes hortor ad eloquentiā / quam ad
diuinas litteras accōmodare ſtudeant. Secundū opus eſt
iuliani cuiuſdā maioris monaſterij vt fama eſt monachi. ꝗ
indignatus quoſdā aſſumere autoritatē reformandorū mo
nachorū / in eos inuehit / quaſi ipi non ſufficientes ſint tam
difficilē obire ꝓuinciā / vel ꝙ nō adeo caritas ⁊ deuotio re=
frixit monaſtica: vt in ea vocatiōe nō extent ꝗbus et bona
ſit ꝯſcia ⁊ īntegra volūtas male errata caſtigādi. Adeo ſunt
ſemꝑ ꝗ vel īuidentia melioribus pugnent / vel ſcie opiniōe

elati reliquos aſpnent. Vale. Et ſi q̄d nos meriti hꝛe exiſti
mas nos dilige. Curabo aūt vt littere tue ad carolū fernā
dū deferant. Ex vrbe piſtoꝝ. xiiij. februarij. M. cccc. xciij.

## ¶ Robertus ga. Abbati ſancti dyoniſii. lxiiii.

CUm te apud pariſios monachali modeſtia et
nō mediocri dignitate p̄ditū colerem⁹: ita me
reuerēdiſſime p̄r exiſtiare ſolebas / vt ⁊ ad mē
ſaȝ ⁊ ad ꝯſilia iterdū tua hūilitatē meā admit
teres accerſireſq; nōnūq̄. Qua freq̄nti ꝯſue=
tudine neſcio quō familiaris tibi fact⁹: opem ſepenumero
tuā michi pollicebaris: gaudere etiā videre te videbar / q̄
regie maieſtati cognit⁹ ⁊ ſpectat⁹ legatiōes plerūq; obibā
atq; gerebā. vñ ꝯceperā aīo ſi aliq̄n te vel v̄rt⁹ vel fortūa ſub
limi⁹ tolleret eādē erga me beniuolentiā ſuaturū. Sȝ po=
ſteaq; rome ānos iā duos italis cohitaſti binis meis lr̄is te
excitare nō potui de tuo michi ſtatu reſcriberes. Sȝ nec il=
la tua recēs ad cardineū honorē p̄motio pri⁹ audita michi
fuit / q̄ i n̄ri ſtudij ꝯuētu tue dignatiōis ep̄la recitata eſt. h
vno ſane tuo ſilētio t e alienū a me meſt⁹ reputaui / quē ſup̄
aliq̄t ānos ꝯſeruis imo amicis ānumerabas tuis. Sȝ nō eo
min⁹ quoq̄uerſū te rapuit aura beīgnioꝛ ſequar ⁊ colā te pa
ri q̄ ſp̄ reuerētia atȝ caritate. Q; ſi vel ſup̄ nubes voles: vel
ſydera cū ſup̄is aſcēdas: aīo ero / tibi penniſ obſeq̄ndi. Illō
tm̄ vnū michi obſecro iptire: talē me exiſtimes in quē hēas
iperiū. Vale reuerēdiſſime p̄r ⁊ meū ordinē apō btiſſimuȝ
pōtificē dū opus erit ꝯmēdatū recipias / foueas / tueariſq;
Ex edibus meis apud. S. maturinū pariſieñ. xxi. octobꝛis

## ¶ Robertus ga. Andree ceco. S. lxv.

LItteras tuas ad me p̄tulit adoleſcēs q̄dā / ex
āglia vt dicebat adueniēs / oliu erij cothloge
ni ſeru⁹ Cōmēdas michi hoīeȝ ſuis p̄culdubio
meritis nō mediocriſ michi acceptū. Cui tuis
laudib⁹ cumlāto ſi mea op̄a egebit amiciſſim⁹
eſſe ſtudebo. ¶ De p̄orib⁹ v̄o lr̄is tuis q̄ me arguis nichil
tibi ad illas rñdiſſe illō vnū ſcias / cū illas excepi reſtiſſe me
fauſtū poetā eruditiſſimū tholoſe tū iterp̄tari et gratū pli=
mū eē ſcholaſticis / illūq; tātū noīs illic ꝯpaſſe / vt fruſtra te
illi p̄ponere ꝯtēdiſſem. Hac maxime tēpeſtate cū vni mille



vir auditores iterp̄ti tenuē victū ſufficiāt. Itaq; cū ille mul
tos mēſes ſedulitate iterp̄tādi detriuiſſet / redijt tandē ad
noſtra pulpita vacu⁹ / vbi nūc declamitat / diſcedētib⁹ hinc
nōnullis q̄ eodē ſtudio victū gloriāq; q̄ritabant. Ergo mi
ādrea nec ſpes nec rō adeſt quāobrē apud tuos nō mō tho
loſates ſȝ nec apud noſtrates locū tibi polliceri auſim. Sci
re volūt oīs: mercedē ſoluere nemo. ¶ Ad renaldū venio
quē meū de virgineo cōceptu libellū ideo carpe ſcribis / q̄
ordinē i illo ſuū calūniari me eſtimat. Sed mea verba ſi nō
extorta ſignificatōe recolligit / aliſ iudicabit. Vincentiū ei
de caſtro nō p̄dicatoꝝ ordinē apta orōne (niſi mēte captus
eſt) ſignifico / q̄ ordo vni⁹ hoīs temeritate cōtamiari nō dȝ.
p̄ſone nāq; (vt iurecōſult⁹ inq̄t) vicia delinquentē nō trāſ=
grediunt. Q; ſi renaldus diligēter attēdit: non tā de hoīe
q̄ de tuēda virgīs puritate in eo libello ſum ſollicitus. In
qua re ſi religiōi ⁊ fidei catholice repugnātia diſſerui pude
bit me quiō errati. corripi a viro bono ſcōm xp̄i p̄ceptū / nō
pudebit. Si de vocabuloꝝ ydoneitate vt eſt pleriſq; italis
mox / moueat renaldus queſtionē / facile ridebo calūniato
rem. cuius ego ſimilis eſſe nollim: dū cū domiciano muſcas
ſtilo perſequiſ non veritatem inueſtigat. Tueboꝛ tm̄ mi an
drea in vtraq; reprehenſione dignitatem. Quod ſi nō po=
tero: ſolabitur me diui iacobi vera illa ſententia / qui in ver
bo non offendit perfectus eſt vir. Dū hec ſcribo: gaſpar q̄=
dā frater minoꝛ alteras michi tuas litteras reddidit. Qui
bus aliter q̄ prioribus reſpondere non cōuenit. Sunt eniȝ
de eadem pene re contexte. Vale. Pariſij. vij. kal. maij.

## ¶ Ro. ga. Iacobo de peralta hiſpano. S. lxvi.

SCribere frequenter ad te iacobe pater inſtitu
erā. Sed nemo michi tabellarius occurrit cui
lr̄as ad te darem / p̄ter hūc conterraneū tuū.
quē comes ille ſcholaſticus cū ad ſuos mitte=
re deſtinaſſet / is me cōuenit: ſi q̄ppiā forte ne
gocij burgis haberem. quo letus oblatu: ſcribere nichil cū=
ctatus ſum: q̄q; non ſatis certus eſſem vbi nā ageres. ma=
tri ne an aulicis ābitionibus ne dicā vanitatibus inſeruias
Eo eni aīo te eſſe noui qui altioribus vehementer oblectet
Quare conijcio nō humiles te viros / ſed palacia regū inco
lere / ⁊ regeȝ illuſtriſſimū tuū in bellū illud granaticū comi

tari/vbi ⁊ milites ꝟbo tuo reddas aīatos/⁊ victorie q̃ad ꝑ
te fieri poterit/portiūculā adipiſcaris. Sꝫ iocari me forte
iudicabis. Noli iacobe id de me ſuſpicari. Serio tecū ago.
Neqꝫ detraho glīe tue/quā tā bellicoſi ⁊ fortiſſimi regis fa
miliaritate ſplēdidiorē reddes. Jn ea maxime expeditōe/
qua de mauris bethicā recuperare rex glorioſiſſimꝰ feſtinat.
Gratulor igit̃ ꝓſperitati tue/at neſcio ſi francis ītidē gra
tulaberis/q̃ de britonibus iā fere victores ſunt et habent̃.
Uale. Et meo ſemꝑ ordini protector adeſſe memineris.

## Ro.ga. Arnoldo boſtio Carmelite. lxvii.

SCripſeram tibi boſti valedixiſſe me muſis: et
odio ꝓpe habere ſtudia bene dicendi. nō ꝙ re
cte eloqui dignitate careat/ſed ꝙ earū artiuꝫ
ſtudioſi maledicētie fere hoc tp̄e ſtudeant. Jta
vt id cōmodi quod ars īpreſſoria īuexiſſe ſcho
laſticis videbat̃/totū in alterius detractiones conuertere
nitat̃ malicia plurimorū. pro ſe eni quiſqꝫ ꝯtendit alt̃ius vi
tuperatōne ſublimius tolli. atqꝫ tāto inferiorē fore q̄ꝫto ſen
ſerit alterū in ea diſciplina melius ꝓfeciſſe. Ex hac inuiden
tia profluxiſſe videmus in ſcholis noſtris ⁊ longius in dies
manare diſſidia et cōtumelias/⁊ ita iras incendi vt quod a
ſcorto audire erubeſceres id ꝓfeſſores quidā artis non re=
ſpuant/imo iſtiꝑi qui ab eloquentia laudē aucupant̃ ſuas
ꝓdant epigrāmatis libidines. Hoc tenuius dixi q̄ꝫ illoꝝ fla
gitia poſtulent. Jnter has igit̃ blaſſemias litterarū q̃d me
boſti ſperas editurū? Scribā ne? at mox oblocutor accedꝫ
cui nichil magis cure eſt q̄ꝫ aliena oꝑa inſectari. tanq̄ꝫ male
dictiōe gloriā nanciſcat̃. An ꝑ auditoria tumultuer ⁊ decla
mem? at ſicut hoc īterp̄tandi aut dicendi genus nō attigi:
ita a mea alienū eſſe ꝓfeſſione dicaciſſimi quiqꝫ iudicabūt.
Satius ideo eſſe putaui aures exhibere q̄ꝫ linguā/⁊ īter lo
quaces videri mutiſſimꝰ. Seceſſi ꝓfecto boſti/⁊ ab his ſtre
pitibus qui aīm irritent ꝓcul habito/ne me qui tertiū ⁊ q̄n
quageſimū annū natus ſum pudeat accepiſſe quod pigeat
aut me peniteat quicq̄ꝫ effeciſſe. Nā ꝙ epl'as michi quaſdā
ſuas impreſſas dicauerat nichil de ea re niſi verba accepi.
Nec de illis quid̃ quas alt̃nis ſcriptōnibus alterutri cōſcri
pſimus promiſſum abſoluit. q̄ꝫq̄ꝫ illas imprimendas cura=
turū ſe ſepenumero ſit pollicitus. Uale. xiij. ſeptembris.



## Robertus ga. Boſtio. S. epl'a. lxviii.

HOrtaris crebro me boſti/tū l'ris tuis tū alioꝝ
emulatiōe frequētiſſime ſcribere. p̄ſertim ad
eos q̊ꝝ michi oꝑa tituloten̄ꝰ tīn enumeras/ve
lut hoc me libamine ꝓuoces illos imitari. Si
me boſti ex illorū īgenio ⁊ diligētia expendis:
erras. Jllos ociū adiuuat/me q̊ttidianū fere negociū circū
ſiſtit. Jllis ꝑ etatē glīa ſublādit̃/michi diuturna vita pene
ꝯfecto ⁊ morborū īcōmodis decūbēti: mors aſſidue ſubſul
tat/ita vt eos q̊s ſuꝑeſſe michi dies forte expecto/ad peni
tentiā magis q̄ꝫ ad nōis claritatē ꝯponere ſtudeā. Scripſi
nichilominus vt recte admones abbati illi pl'ima venerati
one digno. Cuiꝰ libros ipſe deſidero. Nā q̄ꝫtū ex inſcriptio
nibus eorū cōiectari licet/multa fruge referti ſunt. Quare
ſi qui īpreſſi habebunt̃ tu illos amātiſſime boſti demitten=
dos in galliā cura. Uale. Apud pariſios. iij. idus. marcij.

## Robertus ga. de. doct. Johāni abbati. S. lxix.

DAt ad me boſtius freq̄ntes l'rās/⁊ me hortat̃
ad te ſcribā. ⁊ quaſi tardiuſculus id faciam ad
dit calcar laudū/q̇bus vt hō tui amātiſſimꝰ te
dignū maxime arbitrat̃. Profert eni in p̄mis
tituloten̄ꝰ oꝑa tua q̃ ad hanc mediā tuā etatē
ſtudioſiſſime ꝑſcripſiſſe te ⁊ eorū nōnulla germana iam im
p̄ſſiōe vulgari ꝯfirmat. Addit p̄terea ꝑ ſctōs tuos mores/
religionē/modeſtiā/hūilitatē/parcimoniā/caritatē/i oēs
q̇bus p̄clariſſimis virtutibꝰ ornatꝰ/īter nō mō monachos
ſꝫ ⁊ germanie diffuſiſſimos pp'os effulges. Mirꝰ hic ⁊ fra
grans odor pater abba me ſupra q̄ꝫ ſcribere velim delectat
ita vt tametſi fluentū aliq̇d tuorū aīhac operū delibaueri
optēqꝫ ꝑ ociū poſſe tibi abūdantiꝰ ſcribere/quo michi non
fragmēta ſꝫ ītegrū aliquē librū īꝑtires. nūc inſuꝑ totꝰ ex=
citor currere in odorē tā ſuauiū vnguētorū tuorū q̃ a fetori
bꝰ huiꝰ ſecl'i languidā mentē recreare poſſint. Jta eī ex bre
uiſſimis illis lucubratiōibꝰ quas in ſynodo venerabiliū ab
batū ⁊ mox de reformāda cōuerſatiōe pſeudo monachorū
ꝯcinaſti/ꝑſuaſū michi habeo/reliqua q̊ꝝ īſcp̄tio multā pre
ſe fert frugē pl'imū oblectatōis ſalutaris ⁊ cōmodi ſpūalis
ꝯtinere oportere. Elimatiſſime ſiquid̃ q̃ de te ſcripta ferūt̃

ſicut ꝯſcie/ita ⁊ ſapie ⁊ diligentie tue ꝑhibent teſtimoniū.
Vn̄ gratulor mediuſſidiꝰ terre germanie/⁊ ſacri tui ordis
cōitati q̄bus tā eruditū ſcriptorē ⁊ monachū dei ꝓuidētia
largita eſt. Quo te vno ig̃rantie tenebris lumē aſplēdeat/
⁊ male errātibꝰ ducatꝰ facile ꝑbeat. Jacuit ſiq̄đ multos an
nos maieſtas lrārum ⁊ barbarie quađ balbutiētes linguas
aſꝑauit inſcitia. Nūc illā q̄ꝫtū ſꝑare licet ⁊ eriges/⁊ has ad
latinā eloq̄ntiā expurgabis. Proīde eſt qđ gr̄as boſtio ha
beā/q̄ medius q̊ te lōge poſitū ag̊ſcerē acceſſit. Pluris eni
eſt michi te talibꝰ hoīem moribꝰ ⁊ eruditōe ſplēdidū fama
ꝑcepiſſe: q̄ꝫ ſi ex felice arabia q̄ſpiā negociator aurū ad nos
detuliſſꝫ. Quare te maxīe oro ſuſceptū iri me a te in dilecti
onē ⁊ caritatē tuā. q̄ eo firmior ꝯſtantiorq̄ꝫ eſſe dꝫ/q̊ nos re
ligiōis ſctā ꝓfeſſio xp̄o (licet diſpari hītu) copulauit. Pro=
gredere vt cepiſti ſcribēdo. Digna eſt religioſo cura hec le
gendi/meditādi/ſcribendi/aduocādi q̊s pōt ad verā vitā.
Cui fructuoſiſſimo labori dū operā dat/dum ī explanādis
ſcp̄turis īgeniū exercet ſuū/cū ſibi ipī plīmū ꝓdeſt: tū alijs
diſcipline ⁊ eruditiōis celeſte pabulū parat. Qui opant̄ in
me (inq̇t ſapīa) nō peccabūt/⁊ q̄ elucidāt me vitā eternā ha
bebūt. Legimꝰ mlt̄os ſctā ſimplicitate illuſtres bonorū q̇đ
operū fragrantiā vite integritate latiſſime diffudiſſe/ſed
q̇bus ad mor̄ candorē doctrine ſplēdor acceſſit: ij lōge vbe
riorem oībus ſalutis viā planauerunt. quippe q̄ vite ꝓprie
odoramenta ſuis beatiſſimis ſcriptionibꝰ ceteris nō ad exē
plū modo ſꝫ ad eruditionē copioſius dilatarūt. Nō te igit̄
detractio ⁊ liuor maliloquus dimoueat. Nec collegarū ſi q̄
tui in te ordis erūt ꝓtēſa ī riſuꝫ ⁊ illuſionē labra deterreāt.
Nec tu (vt eſt apud maronē) cede malis ſꝫ cōtra audentior
ito. Viues ipē ⁊ ꝑ hoīm ora volitabis: cū laceratrix ⁊ ſuſur
rans lingua cōputreſcet. Vale. Ex pariſijs. kal̄. maij.

¶ Robertus ga. Heraſmo. S. epl̄a. lxx

SCribis ad me lōga heraſme epl̄a/ob id preci=
pue/vt michi aliqua te beniuolentia inſinues
atq̄ꝫ eius rei cauſa ꝑludio quodā agis/quaſi a
me difficile īpetraturus ſis qđ videris expe=
ctare/itaq̄ꝫ ad patrociniū tibi aſſumis copiaꝫ
ſuꝑexūdantē laudū. quas ſi de me recte ꝑdices/ipē iudices



Nō ſiquiđ ita gnarus ſum: vt q̄đ deſit q̄ꝫ q̄đ michi aſſit ma=
gis intelligā. Nam q̄ ꝓxime ſibi quiſq̄ꝫ habitat ſibiq̄ꝫ maxi
me carus eſt/nemo ſe ſatis cōſiderat. Queſiui fateor dili=
genter litteras ⁊ doctrinā/ſed nō cōparaui/ſimilis nonſa=
tis cōſulti inſtitoris qui ꝑ nūdinas circūlatus poſtq̄ꝫ mul=
tas merces eſt contēplatus nullas tandē pecunie inops do
mū vehit. Et q̄ mea inculta lectitaſſe te ꝑ voluptatem opa
dicis/talia eſſe arbitror quales ꝑcoces ⁊ nondū ſatis matu
ros fructus quos in mercatū ꝓferri vides/qui leuandi fa=
ſtidioſi ſtomachi cauſa mala valitudine laborātibus ꝑmis
menſis dant̄. Irritant quidē guſtū/parū conferunt alimen
ti. Quod ⁊ ſi verū eſt/tn̄ alios de me iudiciū vt lubet face=
re non īpedio. Illud michi moleſtū eſt plenā tue diſertōnis
venam in mee laudis exiguū riuū ſoluiſſe/ vt ad naſice ite=
gritatem ⁊ neſtoris eloquentie ſplendorem me tantillū di=
ſcipulū et adhuc diſcentem efferres. Vis heraſme dicā in=
genue que ſentio. Cogit dicendi artificiū vberem vndiq̄ꝫ
ſibi ad eloquendū materiem/nec facile ſuis limitibus cohi
betur ſcaturiens ſemper et profluū. Sed eſt inquit oratius
modus in rebus ſunt certi deniq̄ꝫ fines. Vellem propterea
heraſme in ſcribendis de me laudationibus contractior fu
iſſes/non luxuriaſſes. Non q̄ roborē michi laus effundat/
ſed q̄ quicq̄đ ſupra meritū a dicente ꝓuectū eſt aſſentatiōi
aut mendacio dat̄. Verū itaq̄ꝫ ſcribam. Qtū ꝑ tuas litte=
ras/perq̄ꝫ lyricas cantationes cōiectare licet/eruditū te iu
dico. quāobreꝫ nō minus tuam amicitiā expecto q̄ꝫ tu meā.
Studiorū eni ſimilitudo glutinū eſt caritatis. Ad quā ſi hu
manitas vlla ſi doctrine quippiā vt ipē exiſtimas michi ac
ceſſit/illud liberaliter edico/patere tuo amori ad meū pe=
ctus ⁊ charitatem aditū non ſecus ac meis amicis ediū me
arū valuas. Tolle verborū et blandimenti oēm fucū. Re
uelata fronte accede/ea iudicij retenta tibi liberalitate/vt
me ames ſi ita cenſes/ſin ſecus: poſthabeas. Vale.

¶ Robertus gaguinus Heraſmo. S. lxxi.

PEuamen michi doloris tue littere tātiſper dū
eas legi heraſme ꝑſtiterunt. ſunt eni verborū
ſtructura nō minus admirabiles q̄ꝫ ſentētiarū
maieſtate ꝑſtātes. Qđ orōis genus eccl̄iaſti=
cū hoīem maxime decet/nō illud laſciuū ⁊ blā

diens/verbis glorolas tantũ aucupans/ſine ſucco aridũ/
ſine gratia mellitũ. Ita vt cũ eiuſmodi longũ aliquod opus
luſtraueris/nichil deſumpſeris vitalis alimenti. Eſt eius
rei frequens apud poetas viciũ. qui vna ꝓloci rõe fabula
nõ cõtenti/aliã ſup aliã ad faſtidiũ vſqꝫ ꝯgerunt. Qui etiã
error iurecõſultoꝝ hactenus fuit qͥbus nõ ſatis lex vna aut
altera eſt/niſi longiſſima pagella legibꝰ ſcateat. At ſcite ad
modũ herasme te facere exiſtimo q̃ ſtilũ religioſo dignũ ap
ꝑhendis. Sequere igiť atqꝫ moratos ⁊ grauiores autores
imitari ſtude/quorũ prudentia ingeniũ erudias/et mores
formes. Neqꝫ hoc docendi tui cã ſcribo q̃ alioꝝ potes eſſe
ꝑceptor. Sed iter ſpõte currenti ſpem vere laudis oſtẽdo.
Ita eni michi de te ꝑſuaſi: vt purgatos cũ religione mores
te ꝯiũxiſſe putem nulliꝰ aſſentatiõis/nulliuſqꝫ mendacij fal
lacias ꝑtexentem. De qͥbus tametſi ꝑore ad te epl'a ſcripſi
blãdos tantũ ⁊ petulãtes taxare mens erat. qͥꝝ ego gnato
nicas artes magis q̃ꝫ terſitis/vile genus deſpicio. Illi eni
amicitie ſpecie vultũ vt volũt cõponentes fallunt. Hic pro
ſuo iſtituto ⁊ ſordibus viuens pre ſe fert qualis ſit. Nichil
mediuſſidius in toto hoĩm genere plus odi q̃ꝫ blanditores
Cetera eni peccata fere omĩa in aperto ſunt/ſola aſſenta-
tio diu in abſtruſo dolos condit: quos dum nichil caues/in
te exerceat. Illud propterea ſuſpectũ michi ſemper habui
ne plus iuſto me blanditor venereť. Enĩuero in prouerbio
italico eſt Qui ſupra ſolitũ te honorat eũ vel fefelliſſe te vl'
fallere conari. Sed hec ſuis autoribus ſcelera relinquamꝰ.
Si quid de fauſti celeſti vaticinatione (vt ad me felice au
ſpicio cõcedas) accepiſti/propera et veni. Illũ ꝙ veterem
iam amicũ habeo: te vero ꝙ nouũ demereri cupio periucũ
de accipiam. Vale pariſij. viij. kal'. octob.

Robertus ga. Petro buryo. S. lxxii.

DEcebat cariſſime petre vna cũ dato ad te ele-
gio/carmine q̃ꝫ nr̃o tuis litteris reſpondere͂/
quas in cõmendationez nicolai cõis amici no
ſtri michi redditas acceperam. Sed duo me
ĩpediuerunt ſcribere cupientem. vnũ dñici in
celuz aſcenſus ſolẽnitas/que vt religioſa ad rem diuinã no
bis erat: ita ſolẽni maxime epulo diſtinebamur: ſolliciti ne



quid vel minus abũde vel minus ſplẽdide famuli miniſtra
rent. Alterum ne ad libellum quem ad te legabamus irritã
ĩmouero ridiculam cõmendationem adijcere noſtre litte-
re viderentur. Et cuz noſtra ad te lucubratiũcula ferretur:
ydoneũ ſatis noſtre in te caritatis teſtimoniũ fore puta-
bam/ꝙ ſpectaturus eſſes pollicitũ amici munuſculũ. cui cõ
mendando non defuturũ eſſe cernebam Nicolaũ noſtruz/
virũ de litteris et doctrina q̃ꝫ optime meritũ. cuius cum vr
banitas tum ſumma modeſtia michi iucũdiſſima eſt. Qua
re tibi perſuaſum omĩno facias: neminem michi negligen-
dum fore/quem amicitia tibi intellexero coniũctum. Tam
eni michi ſpectata eſt fides et probitas tua: vt nullius te cõ
ſuetudine vſum putem/cui virtus ipſa deſit. Ergo ita co-
gites/ea me erga te caritate eſſe/quã nulla deleuerit obli-
uio. Unde fit vt opuſculorum te meorũ equiſſimũ iudicem
expectem/que non ita ad normam/et vt aiunt ad vnguem
terſa et expolita ſunt/vt toto ſplendore refulgeant. Scio
eni in eo quem de virgineo cõceptu nuper edidimus codi
cillũ defuiſſe quidem nobis ad inueniendũ ingeniũ/et ora
tionem ad dicendũ. rei eteni ſublimitas et fulgor intenden
tem ſurſum mentis aciem obtudit/et aſpera qua nullus an
tea preceſſerat via/difficile eunti prebuit iter. Atqꝫ vt in
aperto mens tibi pateat mea: diu me et ꝓpe ruſticiſſime re
pugnantem ſuperauit nullo die intermiſſa ſupplicantis bo
ſtij rogatio. Neqꝫ nõ tibi hanc excuſatiũculam (qui nichil ꝑ
liuorẽ dijudicas) ſꝫ alijs ſcriptã velim. Nã ſiue meo erratu
ſiue ĩpreſſoris incuria q̃ppiã neglectũ ꝯperies/eq̃nimitas
tua ꝑbenigne caſtigabit. Vale. Ex piſijs. ix. kal'. marcias.

Robertus gaguinus Brullefero Cordige-
ro theologo doctori. S. epl'a. lxxiii.

LItteras ad te dare religioſe pater amor do-
ctrine ſalutaris me excitat. Cuius cũ ꝓfeſſor
ſpectatus habearis/ꝑbenigne feres te ad id
inuitari qđ ad tui ordinis maximã laudem ꝑ
tinere cognoſces. Venit ex hiſpania pater b
petrus tue caritati dũ pariſij agebas aliqñ notus. Ait re-
uerendũ tolletanũ pontificem plurimã ſui anteceſſoris ſu
pellectilem habere/quam in viros ſapientie amatores et

ſtudioſos partiat̃. Cūqꝫ ip̄e tui oꝛdinis ſit ⁊ lr̃as abūde cal
leat/ꝯcepit aīo eruditos potiſſimū in religiōe xp̄iana ſibi
viros aſſumere: q̄ ſcholā īchoēt ſcotice diſcipline/cuiꝰ rarā
cognitionē hn̄t hiſpani. Nec magni eſtimat iſtos plebeios
⁊ vulgares magros q̄ corticetenꝰ lr̃as tm̄ ꝯpauerūt/ q̊ꝝ vt
ſapiēter ītelligis turba multa eſt. Illos q̄ lōgis vigilijs ⁊ lu
cubꝛatiōibꝰ ſeſe exercuerūt vt doctoꝛes merito appellari ⁊
eſſe poſſint deſiderat. Inter q̊s pat̃ ſtephane vnus es mea
ſententia/huic ſalutari negocio ꝑmultū ydoneus. Iam enī
deferbuit in te adoleſcentie et ībecillis etatis ītemperans
feruoꝛ: edomuiſti aīmi perturbationes. vales ingenio/eta
te floꝛes/doctrina ⁊ virtute potens. Tibi ꝑfecto hanc ꝓui
ciam deberi exiſtimo vbi autoꝛ ſis et poſthac nominandus
inſtitutoꝛ academie ſcotice. Nec eſt quā ob rem ignotā tibi
regionem foꝛmides. Vber et ferax terra eſt/gens religiōi
aſſueta/et q̄ peregrinos qui alicuius penſi ſint veneretur
Ciuitas ipſa tolletū ad tagū amnem ſita potēs eſt et diues
nulla aeris mala intēperie grauis. Vbi etiam fratrū tue ꝓ
feſſionis contubernio frui poſſis. Accedit q̊d ciuitatis mo=
deſtiſſimus pontifex qui diui franciſci vitam et religionem
pꝛofitetur. Quid inter tot cōmoditates tibi defuturū ſte=
phane arbitraris? Non eī vni oꝛbis angulo ita addicti eſſe
debemus: vt parui reliquū habeamus. Iudeo et greco ſe
paulus debitoꝛē eſſe p̄dicat. Non piguit auguſtinū affrica
relicta mediolanū ꝓficiſci. Hieronimꝰ rome valedixit vt in
paleſtina doctrine deditꝰ bethleē hitaret. ex vltima hiſpa=
nia vt titū liuiū rare eloquentie hoīem viderent romā nō=
nulli ꝯuenerunt. Nōne egiptios plato petiuit/ ad caldeos
bꝛagmanaſqꝫ inde ꝓfecturus ſi bellicus ꝑ eā gentem furoꝛ
eū nō tardaſſet? Verus eſt xp̄i ſermo q̄ neminē ī ſua patria
ꝓphetā eſſe ꝯfirmat. Ip̄e noſti ſtephane hāc pariſioꝝ ſcho
laꝫ/ab alcuino/et quibuſdā philoſophis ſcotis īperante ca
rolo magno exoꝛdiū accepiſſe. Non minoꝛ te gloꝛia manet
ſi te pꝛeceptoꝛe ſubtilis illa ſcoti theologia per hiſpaniam
docebitur. Quare age/et virili aīo publico oīm cōmodo
conſule. Non te alligatū gallia teneat. Omne ſoluꝫ inquit
ouidius foꝛti patria eſt. Noli occaſioneꝫ negligere/que no
men ⁊ gloꝛiam tibi eſt paritura. Vale ex pariſijs.

¶ Ro. ga. Arnoldo boſtio Carmelite. S. lxxiiii.



TOta tua boſti ep̄la laudū eſt plena mearū/im
mouero ita redūdat: vt non tā me laudare/q̄ꝫ
blandiri michi (qđ pace tua dictū ſit) ſtuduiſſe
videaris. Sic enī laudis aceruos extruis/ q̄ſi
in me vnū oīm diſciplinarū ꝯſūmatā gloꝛiam
natura cōtulerit. Qđ etſi amicitia ductū id te facere ītelli=
go: vellē tm̄ rōeꝫ officij tenuiſſes. ꝓſpectū hr̃es q̄d te/q̄d me
q̄ꝫ decuiſſet. Nā q̊s modeſtos ⁊ tēꝑantes religio atqꝫ hūili
tas facere debuerat/eos nec palpatiōes ⁊ blādunēta ꝓpo=
nere/nec illis oblectari opꝫ. Nec monaſthice īſtitutioni cō
gruit ſil'e aliq̄d hr̃e temiſtoclis/quē dixiſſe ſolitū ferunt: eiꝰ
ſe vocē libent̃ audire a q̄ ſue laudes apte narrarent̃. Ego v̄o
cōtra boſti ꝓ mea q̄ pl'ima eſt ig̃rantia atqꝫ ruditate laudari
erubeſco. Quippe q̄ illud cū ſocrate tm̄ ſcio ꝙ nichil ferme
ſcio. Quare te oꝛo: agas poſthac de me aut ſcribendo aut
loquendo modeſtius. Satius eſt reſtare tibi quod laudes/
q̄ꝫ amputes qđ laudationi nimiū adieceris. Q; ſi tumultua
rio ꝓpe et p̄cipiti meo illo carmine qđ de matris dei purita
te aduerſus cōtaminatoꝛem illū vincentiū te īpellente ſcri
pſi quicq̄ꝫ tuo bene iudicio meritus ſuꝫ: ſatis abūde erat te
inter pijſſimas oꝛōnes tuas annumerare me quē celſitudi
nı virginis cōmendares. Quid eī ampliꝰ ſperare debui ab
hoīe q̄ terrenis ſe opibus abdicarit. qui alioꝛū adminiclis
⁊ pijs ſubſidijs ſeſe vitāqꝫ ſuſtinet? Sed nec (ſi caducis ita
vt ſpiritalibus diuitijs exundares) cōpenſari a te laboꝛem
meū p̄ſtolarer. Eadē enī caritate adductus ſum vt ſcriberē
q̄ tu me ad ſcribendū es ſepenumero cohoꝛtatꝰ: ad quā rem
argumentū tibi eſſe p̄t: ꝙ tibi vni cōes volui eſſe verſiculos
donec ꝓbauiſſes. Sic ꝓfecto te admonui/ne illos ſineres li
beros eſſe/neve cuipiā crederes illos niſi remiſſos ad me
vltima oīno lima caſtigaſſem. Debuit igiꝝ in te illa cautio
eſſe ne feſtinata editōe opus ip̄m et amicū tibi hoīem/riſui
exponeres. Caue oꝛo boſti quicq̄ꝫ vltra de toto opuſculo in
publicū ꝓdas. Recenſita eſt a me tota ſeries opis/mende
abſterſe. Recepitqꝫ in ſe carolus cōmentariolos cōdere vt
ſubobſcurioꝛes loci illuſtrent̃. Quos abſolutos vna cū ver
ſiculis noſtris īpꝛimendos curabo. De hijs q̄ vel badiꝰ vel
ipſe ānotaſti/alia feſtinatiōi nr̃e/alia libꝛario danda vicio
ſunt. Nec tamen talia ſunt q̄ pꝛudens ⁊ amicus lectoꝛ bene

interpretari nō poſſit. Crantorem phm̄ fuiſſe pr̄ia ſolenſi/
atq; athenis xenocratem audiuiſſe lectū eſt. ꝗ cū poeſis ſtu
dio teneret: ad triginta verſuū milia (vt ait laertius) ꝯmē
taria reliquit. Quem tñ nō ideo a me aut empedoclem po=
ſitū eſſe ī meo opere eſtimare debes/ quaſi hi ſoli aragnem
admirati ſint pendentē telas ordiri. Sed eos vicem tenere
eorū qui ad ſcrupulū ſingula queq; appendere meditant:
cū hec vſitatiſſima mīme ꝑuideāt. Nec deniq; carmen illō/
dic michi vincenti ⁊ noſtrā vim ꝑfide ſenti: quadrabit ſi ꝑſi
de vel ꝑfide lectites. Eſt enī ꝑfide legendū. Illud q̄ꝫ badio
difficultatem afferre nō debuit/ quod ait ſe in hoc carmine
ſignaſſe. Eua nocens gentem olim enixura caducā. Nam ſi
verbū cōmutes oīa ītegra ſunt. ad hunc modū. Eua nocēs
olim gentē ⁊c. Ceterū quod de fomite depheñſum a badio
eſt: id niſi ex ſententia oratij excuſari nō pōt. Qñq; bonus
dormitat omerus. Cuius rei gr̄a tu boſti inexcuſabilis es/
ꝗ neſcio quo ardore titillatus/ tue potius libidini q̄ꝫ meis
hortationibus incōſulte paruiſti. Nā ea natura carmis eſt:
vt in multos annos repoſitū tandē examinet ⁊ edat. Ideo
illud iterū refricabo. Caue boſti vulgatū eas/ quod tibi re
conditū eſſe debet. Et de his hactenus. Habeo tibi ⁊ moni
ali virgini non vulgares gr̄as ꝓ tuis ⁊ illius religioſis mu
nuſculis/ tñ quid iohānis ibi euangeliū voces nō intelligo
Speraui primū/ euangeliū ipm̄ totū ſub illis calamulis in
cluſum eſſe/ ſicut de illiade homeri plinius tradit quā tenu
iſſimis membranis ſcriptam vna nucis teſtula continebat.
Si quid aliō ſub ipſis nodis delitea/ tu michi litteris tuis
explica. Non enī ea temeritate ducor vt cū alexandro gor
dij iugū gladio diſſoluam. Qꝫ ſi poſthac ad me ſcribes: lit=
teras confice grandioribus elementis. Minutiſſimi ſiquiō
caracteres tui caligantibus oculis tenebreſcunt. Vale.

## ¶ Ro. ga. Roberto de horto theologo doct. lxxv.

A Beūti tibi cū tornacenſiū antiſtite/ gratula=
bar maxime/ ꝙ illū tui ꝓmouendi maxie ſtu=
dioſum/ ⁊ te illi ornamento fore expectabaꝫ.
ita vt in vtroq; paraſſe michi beniuolentie et
amicitie ꝑſidium arbitrarer. Sed iam tertiū
menſem agis/ cū mei non recordatus ſiluiſti:
de tua fortuna nichil renūcians. Si regie ⁊ ꝑmatū domus



obliuioſos hoīes reddūt/ vellē ſcholaſticꝰ ꝑmāſiſſes. Frue
rer tuo ꝯtubnio/ ꝯfabulatōe delectarer/ ⁊ doctrīa ꝓficerē.
Age oro amiciſſime roberte: vt vnis tuis toto āno lr̄is ītel
ligam q̄ꝫ ſolide īter aulicos viuas. q̄ꝫ bene tecū agat. qui ex
ſchola in curiā traductꝰ es. Neq; poſthabeas martinū ne=
potē meū: vt a ꝑſule cognoſcas ſi illū in ſuā familiā recipiet
Neq; eidē tuis xp̄bis ꝯmēdes. Vale. Ex ꝑiſijs. xxiij. iunij.

## ¶ Ro. ga. Guillermo de ruppeforti Can. lxxvi.

Nualuit podagra vehementer: et me dextri
pedis officio ꝓpe deſtituit. Conſiliū eſt pariſi=
os q̄ꝫtū patiet valitudo repetere. vt morbū cy
rurgus curet: qui me ſiꝉi dolore aliqñ leuauit.
Reſtat poſt me h meus oliuerꝰ ꝗ receptas ad
legatōez īſtructiōes ad me ꝑferat. Inſtitues ꝑterea cadu=
ceatorē ꝗ me comitet/ ſi hr̄i poterit germanice ſciens. Hec
oro maxie cures. Curabo ipē ſanari. Ambaſie. iij. die iañ.

## ¶ Ro. ga. Jacobo vimperſelingo ſpirenſi. lxxvii.

Ittere tue in legatōe michi heildeberge agēti
nocte fere cōcubia reddite ſūt. Vixq; ociū fuit
eas ꝑlegēdi. ꝓpterea ꝙ ſcribendis epl'is ad le
gationē noſtrā ꝑtinentibꝰ occupatiſſimus erā.
Percucurri tñ oīa celerrime. Nec ꝗcq; ꝗ offen
derer fuit: ꝑter lyricū illud tuū/ qō neq; excogitaſſe te/ neq;
me legiſſe vellē. Eſt eī aduerſum īmeritiſſimi regis ꝯſciam
nō ꝓbe (qō tua venia dixerim) ſcriptū. Nā cū de regū ma=
ieſtate nichil cōtaminate loqui deceat: tū eius ledi maieſta
tē minime oportuit/ quā neq; tu vnq̄ꝫ/ neq; alter rōnis ge=
ſtorū ipſiꝰ ignarus īſimulare iuſte poſſit. Edere igit in illū
elogia parū tēperantis eſt īgenij. ⁊ eiꝰ ꝑſertim ꝗ eloquētie
gloria celebrat. cuiuſmodi ipſe te eſſe arbitrarer niſi illō ne
mini ꝑter me carmen cōe factū aſſereres. Cōſules ꝗ mode=
ſtie ⁊ honori tuo. ſi hoc ipm̄ nō luci ⁊ fame: ſꝫ igni ⁊ fauille cō
mittes. Atq; vt te cōmonefaciā rerū quas in rege frāco nō
iure accuſas: aīaduerto duo eſſe quorū gratia regem in iu=
diciū adducis. repudiate primū (vt ipſe cenſes) margarite
maximiliani filie regis romanorū. accepte ꝑterea in vxorē
āne ꝗ maximiliano deſponſata vulgo ferebat. Que duo in
ꝯtrouerſia ſic ꝓfecto poſita ſūt: vt vtrūq; dilluere facile ſit:

ſi ep̄le lex admitteret. Sed iuſtã ep̄le magnitudinẽ exceſſe
ro: ſi toti⁹ cauſe attinentias ꝑcurrã. Perſtringã tñ paucis
q̄ſtionẽ. Margareta auſtrie annũ nondũ agens quartũ ad
Carolũ dalphinũ viẽnenſem impuberem concepti ad pa=
cem matrimonij deducta eſt. eadem (defuncto vita caroli
patre Ludouico) poſt aliquot annos ad patrem ſuũ necdũ
adulta remittitur. Omitto in hac re ꝙ ante pubertatem in
anis eſt impuberũ ad nuptias aſſenſus. et dũ aduleſcunt li
berũ illis eſſe ſponſaliorũ penitere. Que lex et eccleſiaſti=
cum inſtitutum preſenti quod deteſtaris negocio conuenit
maxime. Et ne forte neſcias: rex romanus margarete pa=
ter pactum de nuptijs ſemper improbauit: tum ꝙ a flamin=
gis ſe inconſulto et reclamante conflate cõiurateq̃ eſſent.
tũ ꝙ grandis plus equo dos erat filie ꝯſtituta. ⁊ q̄ (ſi frater
archidux pre ſorore moreretur) acceſſione hereditatis au
geri nimis potuiſſet. Nec defuere ex maximiliani domeſti
cis: qui ad refellendas mox nuptias conſtantiſſime diffa=
marent/francũ regem renuente patre occupare puellam
atq̃ diſtinere. Atq̃ vt hec facilius admittas: paterne quã
dicimus repugnantie argumenta ſimul accipe. Dum vir=
gũcula apud ludouicũ inter nobiliſſimas feminas educa=
tur nullũ in filiã amoris indiciũ durus pater oſtendit. neq̃
beniuolentiam in regẽ vllam exhibuit: ſed neq̃ ſimulauit.
quin potius futurum (ſi volet) generũ bello frequenter la=
ceſſiuit. Anglorũ quoq̃ regi (quem francis hoſtem eſſe pu
eri non neſciunt) federe ſe coniunxit: recepto cingulo quod
iarteriam vocant/tybie ornamentũ anglis inſigne. Id re=
uera facere maximilianus hoſtiliter viſus eſt. qui carolo i=
nocenti regi ſocer ſperabatur. cuius amicitiã gener expe=
tebat. et quem nullo vnq̃ facto aliq̄n contriſtauit. Alienũ
ergo a regia maieſtate nimis profecto eſſet: eã ducere vxo
rem: quam inuitus et repugnans pater tanq̃ ſibi ereptam
repetebat. Igitur margareta/que pacis cauſa futura vxor
venerat: cũ nichil preter graues inimicitias et bellũ allatu
ra videretur: cupienti patri non iniuria remiſſa eſt. Quie=
ſcam alia plurima que regis innocentie ſuffragantur epi=
ſtole conſulens breuitati perſcribere. De britonibus dein=
ceps agam. Bello britonico quod optimo iure Carolus ſu
ſceperat/contra adnitentibus anglis maximilianus ſubſi=



diũ diligentiſſime mittebat: ſuppetias britonibus ferens.
Hinc bella diutiſſime trahi cũ diſſimile vero non eſſet: vi=
ſum eſt amatori et ſtudioſo pacis carolo optimũ fore tolle=
re contentionis cauſas/que a pace maxime abhorrebant.
Nec ſpes alia quietis compendioſior occurrebat: ꝙ a fran
co rege traduci vxorem/cuius gratia pleriq̃ principes/et
ante alios romanus atq̃ anglus britones tueri adniteban
tur. Ducitur ergo ioanna a carolo coniunx. et vna cũ virgine
britonũ potitur principatu. Atq̃ his nuptijs caſte religio=
ſeq̃ celebratis illud feliciter accidit/vt britonũ omniũ ſum
ma aſſenſione pax patrie reddita ſit. Cuius penitere roma
nũ regem indecorum eſt. cum perſepe antea iactaſſet/ideo
auxiliari ſe terre britonice: vt rebus vtcũq̃ compoſitis pax
genti conueniret. Nec eſt quod cum liuore (iacobe) exiſti=
mes/francũ regem ditandi ſui concupiſcentia/ad has nu=
ptias ꝓperaſſe. Quippe qui ante cõnubij tempus magna
regionis portione potiretur: et legitimo proprietatis iure
ducatũ illi pertinere conſtabat. Sed pacis conſideratio pa
cificũ regem adduxit: pacem britonibus dare federe cõiu=
gij. Quo romanus rex minime (vt pleriq̃ autumant) offen
ſus eſt: quaſi matrimonij lege obnoxiam illi virginem caro
lus occuparit. Itaq̃ ne quis calũniet modeſtiſſimũ regem
incõſulto ⁊ temere coniugiũ appetiſſe: nichil ille qđ ad reli
gionem et honeſtatem ꝑtinet/priuſq̃ legitimi thori leges
iniret ꝑtermiſit. Eniuero puellã q̄ nũc regina eſt īprimis: ⁊
eos quos rex ei⁹ cuſtodes curatoreſq̃ habebat iuriſiurãdi
religione addictos diligẽter ꝑcõtatus eſt/quidnã hoc eſſet
qđ de maximiliani m̄rimonio fama circũferebat. Qui ſctã
⁊ ĩnocenti fide deũ teſtati nullo coniugij federe cuiq̃ hoĩm
virginẽ addictã eſſe aſſeuerauerũt. ſed ſimulatũ fictũq̃ ad
cautionẽ ⁊ ſtrategenia belli matrimoniũ fuiſſe: ne vel brito
nes franco regi ſe dederent: vel a bello qđ in eos mouebat
¶ In cyrpo nodum / et feſtucā in ſtramine queris.
Queris et in liquido lumen / et aſtra polo.
Ingens artificis ſuſpendit gratia legem:
Soſo ſūpta ab oīpotentia dei.
Purius vt matrem fingeret etheream.
Principio tota (laxa caligine) fulſit.
Et plene irradians preualuit nebulis.

Haud aliter fulgor (ſuppulſa nube) choruſcus
Promicat. et pura lampade luſtrat humũ.

*Siſte de aĩa q̄ creando infunditur.*

Aſpice / dum mentem carni deus indit ab alto:
Et creat / et fundit / viuificatq; ſimul.
Sic vitam et lumen vno ſpiramine matri
Contulit / inſtantis nulla minuta ſequens.

*Nõ ſumpta a regũ nuptiis quarũ tp̄e fit a multis ſeruicijs vacatio.*

¶ Extrema dum gente petunt connubia reges:
Nonne vides prompte libera multa dari?
Nuncius it prepes: qui flumina / caſtra / meatus /
Regine expandat. tota tributa vetet.
Plebs omnis feſtiua canit. vacat ipſe ſenatus.
Una omnes nuptam plauſibus excipiunt.
Stans naui exactor non inſtat querere naulum.
Non hyat ad ſtippem ianitor edituus.
Preterit interea immunis regina tributum.
Libera fit ſponſi munere tota ſui.

*Applicatio ſimilitudinis ad ꝓpoſitũ.*

Haud minus adſcitam thalamis regalibus / anne
Progeniem rerum machina leta colit.
Serua dei natura audit quecunq; iubetur.
Et tremit egra caro / ſe retegente deo.
Callidus et culpe coluber ſuggeſtor inique
Temperat occultis prodere ſe latebris.
Hoc more exurgens: terris liberrima virgo
Exuperat tenebras ſydere fulgidior.



*Probatur hoc loco multis ſignis et rõibus virginem mariã ſine parentuz pruritu libidine fuiſſe cõceptam.*

¶ Ulla nec infecit gignendam feda libido.
Qua prurire patres qui potuere ſacri?
Cur neget alma fides ſudoris more liquari /
Semina poſſe viris dum pia vota gerunt?
Atq; equidem credo (ſalua pietate) mariam
Pruritu nullo germinis eſſe ſatam.

*Exẽplũ ab icubis.*

Si potis eſt iactum ſtertenti abducere ſemen
Incubus: et fetus inde fouere nouos:

*Concło p interrogatiõez A ſimili.*

Cur hominis virtus vſu firmata pudico /
Necnon et iugi trita labore caro /
Non ſeſe excutiat dum format ſemine prolem:
Et reddit caſto debita iura thoro?
Aſſit preſertim ſi magni iuſſio regis
Qualis in amplexu cum tulit anna virum.

*Exemplũ ab Oſea ꝓpha.*

¶ Ille vacat noxa / nec ſtat pollutus Oſeas
Caſtus in aſſumpta dum meretrice coit.
Stat virtus domini fortis dirumpere celos.
Et te nubifragis perdere fulguribus.

*Probatᷣ multis experimẽtis id fieri poſſe*

¶ Ecce adeo egrotum crucians agit ignea febris:
Afflicte vt maneat nullus in ore ſapor.
Et fidei pleroſq; calor / pietaſq; perurit:

*A ſẽſu tactꝰ.*

Jam nudo vt prunas ſpernere calce queant.
Cantauit daniel flammis circũdatus hymnos.
Num cratem martir pertulit intrepidus?

Cōcluſio per ſimile.
Gratia cur nequeat arctato fomite luxus
  Claudere diſſuetis regna libidinibus?

Argumentū a ſtoycorum opinione.
¶Stoycus exacte ſcrutatus plurima/certat
  Munere virtutis ſiſtere ſic animos:
Ut nullo inſultu titubent. Tanti val et vſus.
  Suetus et a teneris vincere dura labor.

A cyrurgia.
¶Sopit et ars carnē/quā ſcindere durus aliptes
  Audeat. illa nichil ſentit. abeſtqꝫ dolor.

A ſēſu viſus
Adde ꝙ et patulo ſpectamus lumine multa.
  Extaſis hec eadem cernere ſepe negat.

Ab auditu
Conſtitit ad modulos ceu ſaxum immobile nupta:
  Nec dulci fracta eſt carmine Cecilia.

Ab olfactu.
Non titillat odor ſpirans opobalſama nares
  Cum male mundus olet: et bene chriſtus olet.

Epylogus.
Tangimus: olfacimus: audimus: veſcimur: atqꝫ
  Poſſumus illeſi cernere criminibus:
Quid cauſe dicas: cur non domet ignea virtus

Concluſio a maiori.
  Laſciuum in membris: atqꝫ petulca liget?
Sacro igitur compluta caro diuinitus imbri
  Dans operam gnatis/non cupit: et generat.

Tēperamentū ꝑmi ſuꝑioris dicti.
¶Non dederim cūctis hoc munus. ſꝫ quibus alget
  Mens vicio/et totam ſpiritus intus alit.
Scilicet vt quicqꝫ factu mirabile pangat.
  Quod vere exhibuit in genitrice deus.

Argumentū a cōparatiōe factoꝝ xp̄i.
Sicut opus moriens nimiū memorabile fecit:
  Sic longe ſtupidum prebuit adueniens.
¶Inſultas iterum. et planta ſublatus inani/
  In iugulum ſiccam (ſi patiamur) agis.

Rō aduerſarij.
Excisa eſt inquis non munda carne puella.
  Peccatoris ade: quo cadit et ſoboles.

Solō per illationem incōuenientis.
¶Belua quid ringis? Lucas teſtatur Adina
  Mole ſatum hieſum: Nunquid et ille ruit?
Non cecidiſſe deum ſumme virtutis habetur.
  Hanc ſtare integram/muneris eſto dei.

Rō aduerſarij Solō ꝑ quā oñdit̃ ꝙ virgo āte xp̄i mortem mori nō debuit.
¶Sꝫ prior eſt gnato. pri⁹ ⁊ gen⁹ oīe parentū eſt.
  Certa quibus xp̄i paſſio facta ſalus.
Nonquid et illa mori pre gnato virgo valebat?

Ratō aduerſarij.
  Quem dabis abſumpte/dū cadit orbe/locum?
¶An geniti potuit funus precedere mater?
  Non. Erat affixi congemitura necem.
Que ſi rapta ſolo ſtamen preſcinderet eui:
  Quo migrauit enoch forte migraſſet ouans.
Aut ſede illuſtri ſuperis comitata maneret:
  Dum peteret gnatus regna beata patris.

Temperatō dicti.
Hoc tamen archanis clauſum penetralibus eſto.
  In flāmam prudens mittere nolo manum.
Cetera quis pugnas temerarius vndiqꝫ pila
  Confringam. vt penas des celer/et miſeras.

Rō aduerſarij a defectibus corporis ducta.

¶ Dire inquis peſtes quas fert humana propago
Vexauere ream. mors. ſitis. eſtus. hyems.
Cura. labor. ſomnus. dolor. egra ſenecta. fameſqȝ
Fomitis eſt tantū noxa repreſſa mali.
Criminis hec ſignant tractus. quo culpa nepotes
Aurigante malo ducit/agitqȝ ſuos.

Solō per illationem incōuenientis.

¶ His quoqȝ vincenti poteris tranſſigere xp̄m.
Eſuriijt. frixit. languit. emoritur.
Jam neruū intorque/feries vibramine eodem
Et matrem et genitum. Nūquid vterqȝ cadit?

Alia ſolutio per diſtinctōnez defectuū in homine.

¶ Morborū genus eſt humano in corpore duplex.
Vnū quale tibi naſcitur a proauis/
Nature cōmune malum/quod propria nulla
Culpa facit: ſed edax et vicians caries.
Nempe fames et mors (nullo peccante) maneret.
Nam pugnace quod eſt conditione/ fluit.

Quare ī maria fuerūt defectus.

Has ſine labe tulit precellens femina penas.
Quippe ꝙ ad meritum talia ſemper agunt.

Quibus defectibus caruit maria.

Alterius (quo fit ad crimen ſemita) morbi/
(Fomes vt/et rerum neſcia pigricies):
Expers virgo fuit. q̄ꝙ pro lege fatemur
Jlla ſequi. imperiū ſed tenet omne deus.

Rō aduerſarij ſūpta ab inequalitate īnocētie xp̄i et marie

¶ Rurſus id oppugnas. Similēqȝ accedere gnato
Matrem indignaris vndiqȝ ſi micuit.



¶ Altera ſed gnati/genitricis et altera lux eſt.
Jlle ſtat. et ſemet fingit vt omnipotens:
Cui nichil/et quicquid nichilo fit paret et audit.
Nam ſunt cuncta deo ceu ſua ſerra fabro.

Solō ex mō īnocentie habite in xp̄o.

Cum pius acceſſit noſtras legatus ad vmbras
Protenus hec carnis par homo ſuſtinuit.

Quos defectus xp̄s cōtraxit.

Non ſordem. aut miſeri ſubolentia ꝓbra parentis.
Sed quibus extabat corpore preſſus homo.
Maieſtas potuit ceno ſarcire togellam/
Fetida quam prorſus mendula nulla notet.

Rō ab oīpotentia dei.

Quod de ſe nequeat limo formanda puella:
Ni iuuet hanc cui ſit mater habenda deus.

Mūdicia ⁊ īnocētia ī maria ſūt a deo.

Jlle ſua ſolus natura eſt criminis expers.
Hec prefulta pio lumine/ſorde caret.
Hinc ſibi feciſſe congaudet magna potentem
Dum vatis matrem viſitat elyzabeth.

ꝙ in maria deus maxia fecit

Magna humilis dixit/q̄ prorſus maxima cōſtant.
Nāqȝ alijs retro preſtita magna legis.
¶ Ecce duos tradunt diuina volumina vates
Vix fretos animis mente fuiſſe ſacros.
Grandia ſi magnis: cur maxima queqȝ negemus
Prebita maiori/que preit vna deos?

Probatō ab exēplo eorūz quos ſcriptura tradit fuiſſe ī vtero ſā ctificatos.

Quam veſtit pulcher radiorum lampade phebus.
Cuius obit nitidos luna choruſca pedes?

Probatio a ſcripturis diuinis.

Propterea totam conclamant cantica pulchram.
Prorſus et infecte fecis habere nichil.

Prefiguratio puritatis marie i feminis veteris teſtamenti.

¶ Hec illa eſt: veterum pulchre ſignata figuris
Femina/que vincat zeuzis/et artis opus.
Cui cedit rachel/cedit pulcherrima iudich.
Et formoſa heſter ceſſerit/et noemi.
Nec ſarra abrahami/q̄uis miranda/ preibit.
Femineum ſuperat omne maria decus.

Tria gn̄a reatus quorū nullū fuit in virgine.

¶ Trinaq cum tantum referantur monſtra reatus:
Fomitis et venie ſcilicet et ſceleris:
Primi vis nulla eſt. venialis nulla fauilla
Offuit. An ſceleris? furcifer hoc videas.

Ab auguſtino.

Dum loquimur crimen: et mortis noxa remordet:
Sit procul a noſtris candida virgo probris.

Ab anſelmo

Credimus hanc tantam celi ſub numine/matrem
Mens poterit quantam noſcere/ducta fide.

Alia rō aduerſarij ducta a priſcis doctoribus.

¶ Plura quid oblatras: q̄d frendes p̄fuga nequā?
Sentio quo refugis. qua ſtruis arce dolos.
Uos o ſancta cohors doctorum in prelia longo
Agmine deductos percupit eſſe duces.
¶ Ipſe libens vobis dum viuo et perfruor aura
Obſequar. et iuuenis vos reuerebor auos.
Hoc tamen impetrem ſinite/atq ignoſcite diui
Dum pietate calens virginis arma ſequor.



Rn̄ſio ad dicta doctorū.

¶ Seuus vt hoſtis auet/ſi ſpicula mittitis arcu:
Letiferum diue ſcorpio vulnus aget.

Incōueniēs

Fit rea. ſit caſtris non digna aliquando ſupernis.
Sed nec amata deo/putris vt vnda mero.
Quod fedū et turpe eſt. nec fida admitteret auris.
Publica nec recipit (parcite) veſtra fides.

Expō ſententie doctorū

¶ Sentio que vobis ſententia ſederit olim.
Omnia communi ſubdere lege placet.
Non arctare dei mundi moderantis habenas
Mens eſt: vt nequeat ſoluere que voluit.

Suaſio p̄ allegoriā veſtimentorū cerimoniarum veteris ſacerdotij.

¶ Pura ſacerdoti precincto altaribus olim
Cidaris/et candens linea veſtis erat.
Quem vetitum ſcimus fedum tractare cadauer.
Nec ſinere extinctis ſacra nigrare focis.
Pontificem ſic credo nouum/qui ſanctior eſſet:
Celitus et patri victima digna foret:
Uerbipare thalamum velis ornaſſe choruſcis/
Unde ſit a puro factus ad aſtra gradus.
Primo mortiferam qui nec contingeret aluum.
Sed fieret mortis morte redemptor homo.

Alia ſuaſoria rō p̄ ſilitudinē corporis xp̄i in ſacramēto altaris

¶ Quid panem angelicum fedo/prohibetis ab ore
Si carnem impuram primitus incoluit?
¶ Una fidem ſeruat chriſto moriente maria.
Una habeat terris libera colla iugo.

Alia ſuaſio ex ḡti tudine

¶ Una fores celi vobis concepta recluſit.
Unam pre reliquis concio veſtra colat.
Ne ſi contactam dicetis origine matrem:

Alia ſuaſio ab incōueni= enti.

Chryſtus ab imundo ſanguine membra ferat.
Que fuit atra ſitu cōtaminat olla liquorem.
Et triſtem ſubolet illita cruſta picem.
Virgineos igitur fermenti nullus amator
Aſperet exortus. Sit mera. ſit ſimila.
Non vos oblectet duplex conceptus/ vt hoſtis

Modus pre ſeruationis Marie.

Suggerit. omne tulit gratia preueniens.
Et pius antique poſuit retinacula legi:
Dum nouus ex veteri conditur alter homo.
Lux comes e ſuperis totos radiauit in artus
Et brumam impendentem expulit aſtripotens.
¶ Sic precenta diu ſacrorum oracula vatum
Edita ſic celo ſigna relata probant.

Suaſio a mi nori ad mai⁹

¶ Cui natura dedit miris compagibus artus
Addidit et lucis munera vis domini.
¶ Perſpice vincenti quo me pius euehit ardor
Eloquar audenti carmine quod ſapio.

Ab anſelmo

Congruit hoc gnato penitus luceſcere matrem.
Si decuit: voluit. ſi voluit: quid obeſt?

Rō ab eo qȯ decet.

Quod decuiſſe liquet/ ratio nec pugnat: idipſum
Et dico/ et clamo velle neceſſe deum.



Rō a lege q̄ eſt de parētib⁹ honorādiſ

Qui legem tulerat venerari corde parentes/
Omnino in matrem iure benignus erit.

Rō ſumpta ex eo qȯ de⁹ ꝓ ꝯſeruādis gabaonitis ſolē fecit ſtare ad preces Joſue.

¶ Belliger vt ioſue tutetur ab hoſte gabaon:
Stare polos iuſſit. ſol retroflexit iter.
Nec ducis edictum ſpreuit regnator olympi.
Hoſtibus exitium ſit remorata dies.
A pharaone volens populum ſeruare creator
Fert elementa ſuo cedere queqꝫ foro.
Nilus agens ranas fundit pro piſce cruorem.
Dira locuſta ſolum/ corpora vermis edit.
Hec natura negat. prohibet lex. obſtrepit vſus.
Eſſe tamen cernis preſide facta deo.
Sic pater omnipotens populi pereuntis amator
Dum ſtudet oppreſſis/ et dare tutor opem:
Legibus imperitat. iubet in ſtatione teneri
Progreſſus rerum/ dum ſibi conſtet opus.

Cōtra curioſos diſputatores de operib⁹ ꝛ omipotentia dei.

¶ Attamen interea ſuperi de numinis actis
Diſputat argutus: ſi deus aſtra regit.
Os ſurſum profert: celos et ſydera ſupra
Scandere conatus pone tribunal heloy.
Atqꝫ iterum humano rimatus robore turrim:
Concrepat vt nembroth vocibus omnigenis.

Mēs hūana deficit a cōſideratiōe dei ſicˉ viſus noctue a ſole.

Nec recipit demens/ vt noctua ſole laborat.
Lucifer vt toto fulminet aſtra polo.

Ardua ſcrutantem ſublimis gloria fallit.
  Numinis obiectu mens ebetata iacet.

*Hoīes defi=cere a dei cognitiōe/cum ipſi ſecreta et occulta nature nō cognoſcant.*

¶Dicite quos torquet ſcrupus tam ceca videndi
  Qua magnes ferri pondera vi rapiat.
Qua breuis echinus (nec enim plus ille pedalis)
  Mercibus oppletam diſtinet arte ratem.
Nam neqꝫ vis hominum: ſed nec violentior auſter
  Piſciculus nauem dum remoratur agat.

*Torpedo piſcis.*

Cur pelago in ſummo cohibet torpedo natantes.
  Hanc licet obductam celet arena freti.
Uulgatum referam. ſed virtus cognita nulli.
  Miretur q̄uis crantor et empedocles.

*Aranea.*

¶Rethiculum pendens quo numine texit aragne

*Apes.*

  Qui mella et ceras floribus edit apis.

*Draco.*

¶Ethyopi cibus eſt draco. nutrit edentem.
  Confeſtim eſt alijs peſtifer interitus.
Hoc callet nemo. quiuis bonus ambigit autor.

*Rō confuſa phorū circa occulta nāke*

  Uis facit hoc aiunt indita/ceca/latens.
¶O cecas mentes ſtudiorum. extantia coram
  Linquimus. et longe condita diſcutimus.
Nature legum expertem/penetralia credam
  Ingreſſum/ et magni promere ſcita dei.
Abſtruſa introrſum rebus vis tota latet vos.
  Quis mentem primam calculet/et penetret?

*Hoīes deficere a cognitōne ſui/atqꝫ ignorare q̄d in illis deus operetur.*

Quis veſtrum penitus ſenſim illabentia menti
  Senſerit acta dei? aut experiatur opus?
Dicitis hoc fiet: et ſtat deducere votum.
  Mox conuerſi aliud voluitis/et facitis.
Pectora mens vt vult celeſtis (credite) verſat.
  Libera nec veſtris ſubiacet inſidijs.
Non tam nigra tegit ſolem quandoqꝫ procella:
  Q̄ mentem recutit celſius orbe iubar.
Aſt ſemel effracta vincenti pila retorques.
  Atqꝫ redis iterum vnde repulſus eras.

*Repetitio argumentorū aduerſarij.*

¶Eſt data lex. fateor. Legē ſuſpendere quiſnam
  Latorem nollit/cum pius inſtat honor?
Credite. non noſtrū eſt vires et ſenſa creantis
  Noſcere. ſed quod agit prendere. facta ſequi.

*Rō ducta ex ſnīa patrum baſilieñ. ſynodi.*

¶Stant in ſubſidijs quorum virtute fouemur
  Baſilee patres/docta ferire cohors.
Que numero et rerum ſublimi robore preſtans
  Et veri et fidei certa magiſtra manet.
Huic tuus ille ſenū poſita ceruice maniplus
  Cederet. et ſynodi ſe daret arbitrio.

*Sāctus thomas in ſnīa dubius et varius.*

Diuus aquinates quem ſumis ad arma patronū
  Nutat. et ambiguo te pugione tegit.
Nunc mundam affirmat. nūc ſcribit origine leſam.
  Quo pede vis conſtet/quem variare vides?

Rō adūſarij ſūpta a dñi=ca orōne.

¶Sed proſtratus adhuc neſcis cōſiſtere. Queris
    Si xp̄i ſeptem diceret illa preces:
An ſibi diſſolui virgo peccata rogaret.
    Vah miſer argutor: q̄ ferus obſtrepitas.

Solō p ſili=tudinem.

¶Ecce ſacro quiſqꝫ lotus baptiſmate/ſupplex
    Pectus et ora manu tundit et illachrymat.
Nonne renatus eget mox mox ſorde lauari?
    Venerat ex lauacro ſydere dignus homo.

Quid ecclīa petit qñ orō=nem dñicam recitat.

¶Candida cui nulla eſt felix eccleſia ruga
    Dum petit eximere debita: quid repetit?
Non admiſſa gemit. Venturi prouida mater
    Gnatorum culpis condolet: et metuit.
Hoc caput eius agit immunis crimine chriſtus.
    Et delicta patrem ſoluere meſtus auet.

Applicatio ad virginem

Sic virgo indulgens/aliorum debita radi
    Poſceret. et poterat noſtra putare ſua.
Nam cōmunis erat per xp̄i facta redemptrix.
    Omnibus ergo dolens et fuit. et meruit.

Quāto ma=ior es tanto te humilia ī omnibus.

Mens humilis q̄ plena deo eſt: tā certat haberi
    Parua. timens culpam: non ſibi tuta manet.

Celi nō ſunt mūdi in conſpectu eius.

Nanqꝫ ſcit ante deum cunctos ſordeſcere celos.
    Eſt ideo trepide ſedula cura ſui.
¶Jam ſi forte fuga timide dillapſus abibis:
    Protenus a tergo verbera mile feres.



Cōfirmatio propoſiti ex miraculis

¶Ante ſed obſtringam rutilo te fulgure veri:
    Ut qui lippus ades iam quoqꝫ cecus eas.
Producam teſtes heſterna gente citatos.
    Helſinum inprimis relligione ducem.

Ab āglia miraclm de marie cōceptiōe

Hic datus orator anglis auertere dacos/
    Dum medijs certat fluctibus ire citus:
Et preuecta ratis euro vexatur et vnda:
    Incertus vite ſuſpicit aſtra gemens.
Rumpi vela videt/nec mali ſiſtere robur/
    Et male compactum nauis hyare latus.
Imbribus et crebra quaſſari grandine nautas:
    Spe nulla ſeuo turbine cuncta premi.
Hec inter pauitans/animoqꝫ egerrimus/iras
    Horrebat celi/mittis vt agna lupi.
Credidit infelix moribundo buſta parari.
    Et pelago vndanti verba ſuprema dare.
Dum flet egenus opis/miſeris ⁊ queſtibus auras
    Verberat: has diue concipit ore preces.
Virgo ſalus miſerum: ꝓpera ſubducere ventos.
    Et tranquilla refer equora fluctiuagis.

Reuelatio ð feſto conce=ptionis.

Talibus acta ſenem virgo iubet ethere labi/
    Conſcius vt peragat que pia geſta velit.
Peruolat ille citus inſigni vertice preſul.
    Et patris helſini conſtitit ante ratem.

Atqꝫ diu tremulum/et certum iam cedere morti
Affatus ſenior: fortiter inquit age.
Nulla tibi ex tantis graſſans quas turbo minat
Pena nocet: ſi das dum loquor (abba) fidem.
Virgo potens pelagi/ſtatio requieſcꝫ grauatis
Annuit. euades. fide. repelle metum.
Concipe iam votis ſancte ſollennia matri
Annua. que ſexto ferre decembris ydus
Helſine et ſtudeas/et plebi indicere cures.
Atqꝫ aris ſupplex thura ſabea feras.
Nomen erit luci conceptio fauſta marie.
Tunc etenim vite limen adepta dea eſt.
Dixerat. helſinus ſpondet ſolatus honores.
Et grates inquit candida mater ago.
Ut promiſſa fides: repetit celeſtia preſul.
Terrentur nymbi. fit via lucifero.
Mox polus excuſſa terris caligine fulſit.
Rettulit et gratum nauibus equor iter.

Miraclm ex normãnia

¶ Alter adeſt verax ſurgens a flumine teſtis/
Quem fluctu abſorptum ſequana reſtituit.
Nauigat a ſtupro tetra dum nocte ſacerdos:
Immemorem culpe ſollicitauit aqua.
Palidus aſſueto dum ritu virginis odas
Incipit: exturbat fluctus et aura virum.
Extinctum furie feſtinant tundere plagis.
Criminis vt penas fedus adulter agat.
Virgo ſed adueniens: hac tantum voce repreſſit
Demonas. ite. meus preſbyter iſte fuit.
Dum caneret nobis vndoſo in flumine laudes:
Preripit huic vitam perfida veſtra manus.
Ite. animã capiat frigens a morte cadauer.
Illa pudens ſceleris februet ipſa ſcelus.
His confuſa nocens ſe turba in tartara condit.
Virgo iubet mentem corpus adire ſuum.
Reddita ſed poſtqꝫ defunctum vita reuiſit:
Affatur miſerum ſic pia virgo virum.
Vade age. nec poſthac vicij te ſubruat vnda.
Vita ſacerdotem crimine munda decet.
Te probri meminiſſe decet. iam gratus adeſto.
Munus et acceptum gratior vſqꝫ cole.
Feſta dies tibi ſit conceptio noſtra perennis.
Quam memor octaua luce decembris agas.
Hec effata redit. Sublimem ſuſcipit ether.
Preſbyter vt iuſſus tradita feſta colit.
Plurima conceptum teſtantur et altera diue.
Sit ſatis a binis teſtibus eſſe fidem.
¶ Quid tandẽ ſollenne pium peccamus agentes?
Quid fidei aduerſum lux pietatis habet?

Nichil peccare eos qui cõceptõis diem colunt.

Creditur haud fruſtra terras et cuncta nouantē
Lege noua matrem iure creaſſe nouam.

*Deus in ſua eťnitate duz ꝓuidit p̄muz hoīez peccaturū/ etiā p̄ſciuit ꝟginē fore quaz ad filiū ſui incarnationē crearet.*

Nouit vt omniſciens eterna mente futurum
Crimen ade: pariter ſciuit et antidotum.
Et quod mortiferū da bat improba culpa parētis
Tota foret vita per reparantis opus.
Non igitur decuit labem incurriſſe puellam
Qua purganda ſcīt ſordida noſtra deus.

*Unaqueꝗ gens ſuū autorē celebrat*

℄ Maxima pre multis narratur ſepe diebus
Phaſe hebreorum/tranſitus ille maris.

*Judeus*

Omni mardoceum celebrat iudeus honore
Patronus genti ꝙ fuit ille ſue.

*Athenienſes.*

Atticus eſt cecrops venerandus ſemper athenis.

*Spartani.*

Spartanis celebris iure lygurus erit.

*Romani.*

Romulus eſt italis miranda laude perennis.
Quippe ſuum autorem patria queꝗ colit.
Et prohibere audes vincenti peſſime faſtum
Eſſe diem matris qua ſit ad aſtra via?

*Peroratio per amplificationem.*

℄ Sanctum ergo eſt feſtas venerari virginis aras.
Et demiſſa polo credere ſigna pium.
Ipſaqꝫ iam late communi federe ſacra
Per populos ferri non ratione vacat.
Nec ſineret pietas feciſſe piacula iuſtos:
Eſt quibus innumeris tam memorata dies.



*Apoſtropha ī aduerſariū*

Quid ſtas attonitus ceu belua lapſa cauerna?
Qꝫ torue auertis lumina terrificus?
Orta deo que ſunt nunꝗ diſſoluerit etas.
Humanum in puncto ſoluitur/ vt nebula.
Jam falſi aduenies mundo notiſſimus autor.
Teqꝫ tuoſqꝫ ferent fulgura dira libros.
Exul abi/et circo fugiens diſcede. madentes
Et ſudore pigros iam tuba ſoluit equos.

*Virginez orat vt illi gratum ſit opus preſens.*

℄ Quin etiam e ſuperis tu noſtros mater agones
Et tibi certatum protege ſemper opus.

*Excuſat ſe autor ꝙ nichil poeticū inſeruit.*

Nulla chori veteris blando pede muſa canenti
Affuit. eſſe potes verſibus vna ſatis.
Ut tuus illuuiem conceptus virgo perhorret:
Sic iouis et bromij nomina deſpueres.

*ꝙ nemo āte eū ꝓe virgīs cōceptōe carmīe ī gallia ſcripſerit.*

Prima per ignotum preſſi veſtigia circum:
Gallus vbi nemo luſerat ante pugil.
Hinc plus forte equo verbis audaculus egi.
Uix prima incultus falce nouatur ager.
Sacra ſequens humili penetraui marte duellum.
Cetera iam punctim fortis athleta gerat.
Non mea contendo circundet tempora laurus.
Cepta tibi pugna eſt: grata ſit ipſa tibi.

Finis.

## ¶ Paſſio ſancti richardi martyris.

¶ Deuotis xp̄o pariſioꝝ incolis frater Robertus gagui-
nus ordinis ſancte trinitatis et captiuorum miniſter gene
ralis. Salutem.

Rogatus tradere litteris rem ſupra tercentū
et quindecim annos geſtam/vereor minus fi
dei idcirco me habiturū: ꝙ ea cuꝫ ꝓuetus ſit:
nulla hactenus latina orōne illuſtrata reperi
tur. neglecta videlꝫ inter frācos ānales: ⁊ nō
dum ſatis vulgata xp̄iane fidei cultoribꝰ: tāqꝫ
parui illā fecerint maiores noſtri: quā nūc eccleſijs celebrā
dam auſim afferre. Sed in recognoſcēdis veteꝝ hyſtorijs
illud plerūqꝫ accidit: quod in recenſendis opibus diuites
ſolent expiri. Illis enim inter confertiſſimas opes aliquid
oblitū nōnūqꝫ ſe offert/quod repertuꝫ delectet: mireturqꝫ
opulentus longo ſe tp̄e neglexiſſe: quod p̄cioſum habebat
Iacuit ꝑfecto diu velut opertū negligētie caligine/quod
nūc in lucem ꝓpalatū eſſe fideliſſimus quiſqꝫ gratulet̄. vi-
tam dico ⁊ acerbā ſancti ricardi paſſioneꝫ/quam ab impia
iudeorū gente ꝑ xp̄i religione apud pariſios equanimiter
cōſtanterqꝫ tolerauit. Cuius memoriā preterire: aut in ab
ſcōdito ſupprimere impiū exiſtimo: p̄ſertim in ea vrbe vbi
⁊ natus eſt/et martirij triūpho glorioſus. Celebrat enī ro
manus quintū illum/⁊ regulū ciues ſuos/qui ſe reipublice
gratia morti addixerūt. Et laudi cuiqꝫ ciuitati dat̄: dignoſ
veneratiōe cōterraneos habere: quāqꝫ coꝝ recordatio fra
gilis ſit/⁊ cū tp̄e deſitura. Impigre ergo aſſurgat ciui ſuo
martiri plebs pariſina: quem ex veterū geſtis apprime ve
nerabilem integra fide referimus. Cuius b̄ficiis apd̄ deū
iuuari infirmitas noſtra poſſit. quē non peritura/ſꝫ indefi-
ciens gloria decorat in celis. Si enī ab exteris patrociniū
orātes expectamus: cur nō ſperemus ab eo ſubſidiū: quē ī
ſolo nr̄o natū/⁊ fortiſſimū ciuē educatū fuiſſe coḡſcimꝰ?

Iudea gens poſt censitā/⁊ tandē a romanis diru
tam hierl̄m/cū bella longaſqꝫ captiuitates a finiti
mis populis ꝓtuliſſet: pleriqꝫ ex ea natione extor-
res facti/per oēm fere terrā diuerſis locis ſeruitutē ꝑpeſſi
ſunt. Quo memorabili dei decreto ꝯſtat eos/ſedibus ſuis
amiſſis/ad gallias veniſſe. et apud luteciam antiquā pari-
ſioruꝫ vrbē tributarias ſedes impetraſſe donec philippus
auguſtus francorū rex/tertio a ſuſcepto dyademate anno
ſuis fortunis ſpoliati a francoꝝ imperio ꝓſcripti ſunt. Qd̄
licet ob perpetuū odiuꝫ quod aduerſus xp̄icolas perfidus
populus gerebat exiſtimari factū merito poſſit: attulit tn̄
ſingularē relegationis cām eius gentis execrabile ſcelus:
preter alia incōmoda que quotidianū auare gentis fenus
incolis īportabat. itaqꝫ tantū ſibi diuiciaꝝ cumulauerāt fe
neratores: vt bona ciuitatis ꝑs eis oberata ſeruiret. Ser-
uiebatur nēpe illis a leui maxīe plebicula xp̄ianoꝝ/quā do
mi preter eccleſiaſticas leges non ſecus ac ſue ſecte dome-
ſticos alebat. Et quos nobiles homines nimio fenore ob-
noxios/pauperesqꝫ effecerant: ij apud ſe inſtar captiuoruꝫ
aſſeruabantur. rati id ex moyſi ſanctionibus ſibi licere: qui
eos in ſui generis ꝓximos tātuꝫ vſuram exercere ꝓhibuit.
¶ Neqꝫ hac auaricie iniq̄tate cōtenti: ſacrarum ediū vaſa/
veſteſqꝫ ſacerdotum que pignoris cauſa penes eos depo-
nebātur in fediſſimos vſus exponebāt. et cum valde mul-
ta huiuſmodi pignora haberēt/que vel celare difficile eſſꝫ:
vel ab eis formidarēt auferri: ea in faſces obligata in foſ-
ſas quo humana purgamēta egerūtur demittebant. Quo
factum eſt: vt peiora auſi: conſuetudinem fecerit quotānis
occid[e]ndi quempiā xp̄ianum. credentes ſcd̄m xp̄i pre-
dictionem obſequiū ſe preſtare deo: dum flagellatū et tan-
dem cruci appēſum xp̄icolam occidiſſent. Tradent vos in
quit xp̄s in cōſilijs/et in ſynagogis ſuis flagellabūt vos. et
morte afficiēt ex vobis Et ad iudeos loquēs ecce inq̄t ego
mitto ad vos ꝓphetas et ſapiētes et ſcribas. et ex illis occi
detis et crucifigetis. igitur tam īmani peruicacitate aſſue
ti iudei/dum paſche ſolēnitas de more xp̄iano celebrāda
ſuccederet: ricardū pariſinuꝫ ciuē blādimētis ad ſe allectū
in ſubterraneum quē ad tam impiū facinꝰ locum ſecretum
habebāt inducūt. inductū legis eoruꝫ ſacerdos rogat que
ſit religio eius et fides. Cui reſpōdēs ricardus mitis ⁊ pi-
us puer: Eam inquit firmiſſime ſequor atqꝫ profiteor fidem
quā a parētibus accepi. hieſuꝫ ſcilicet ex matre virgīe per
ſancti ſpiritus operationem ideo cōceptū et natum et a ve
ſtra gēte verberibꝰ et ſputis deturpatū viliqꝫ tandē morte

dānatū purū et inocentem: vt genus humanū ab iferis re
dimeret/ꝛ in regnū dei patris cui⁹ vnicus eſt filius repone
ret. Hac fidei cōfeſſione īdignatus ſacerdos: O iſane iuue
nis īquit: ꝙꝫ delyrus et inani credulitate deceptus es. Di=
gnum ꝓfecto eſt graui te affici ſupplicio / qui ꝑditū morte
hoīez diuinitatis quicꝙꝫ habuiſſe ꝓfiteris. ¶ Et mox ad re
liquā turbā cōuerſus ſacerdos: ſpoliate inqͭt hunc ſtulte ſa
pientē / ꝛ multo verbere fuſtigate. Exuit̃ ſtatim fidelis ri=
cardus / pugniſqꝫ tūdit̃. ꝛ virgis atrociſſime flagellat̃: ir=
ridentib⁹ illū iudeis / ꝛ in ei⁹ ꝑſona hieſum matrēqꝫ mariā
opprobrijs blaſphemantib⁹ / ꝛ in ricardi faciē excreātibus
ꝙꝫ pacientiā ei⁹ pariter et cōſtantiā mirarent̃. Nā inter
aſperas flagellatiōes cū tyrūculus xp̄i ricardus nichil pre
ter dulce hieſu nomē ꝑſonaret: eo efferacius ꝑſequebant̃:
quo nomen ip̄m audiebant ſctē ꝛ fideliter īuocari. Vix ſa=
tiati tandē ludibrijs iubente ſacerdote ī crucē ricardū ſur=
rigūt / conantes īiuria ſanctū puerū afficere qua dei filium
xp̄m a ſe extermiare patres eorū crediderūt. O cecā emu
lationē. o liuorē ſtultū. Nondū ꝑfidus iudeus intelligit: ſe
ꝓpterea tot locis ꝑ orbem exulare: nulliſqꝫ in terris certaꝫ
ſe ſedem habere: qꝛ xp̄i doctrinā ſpernens īnocentem accu
ſauit / deſpuit / condēnauit. Oblitus eſt ſcꝫ verbi hieſu quo
ꝓfligandos eos ꝛ ciuitatē vna euertendā p̄nuncians: ecce
ait. circūdabunt te inimici tui vallo. ꝛ coanguſtabunt te et
ad terrā ꝓſternent te: eo ꝙ nō cognoueris tēpus viſitatio
nis tue. Sꝫ neqꝫ aīaduertit q̄ in libris ꝓphetarū ſcripta et
de xp̄o vaticinata legunt̃. Parui exiſtimat diuina miracu
la que vel inter tormenta ꝛ cruciatus xp̄i diſcipuli operati
ſunt. vel q̄ dietim ſanctorū oratiōe patrant̃. Dilexit inquit
pſaltes dauid maledictionē et veniet ei. ꝛ noluit benedicti
onē et elongabit̃ ab eo. ¶ Ad hūc modū allucinat⁹ iude⁹ /
ꝑſecutus eſt ricardū hoīem inopem. ꝛ ꝯpunctū corde mor
tificauit / quē in celis viuificandū p̄nouerat deus. Igitur a
cruce pendens beatus martir illud dauiticū freq̄nti⁹ emit
tebat: Libera me dn̄e / qꝛ egenus ꝛ pauper ſum ego. et cor
meū conturbatū eſt intra me. Ridebat ꝛ illudebat iudeus
hec audiens. et certatim quiſqꝫ eo obſequioſiorem deo ſe
eſſe arbitrabatur: ꝙꝫto in illū viliora probra / et duriores
torſiones infligebat. At perſeuerabat fidelis ricardus me



mor doctrine xp̄i dicentis. Nolite timere eos qui corpus
occidunt: et vltra non habent quid faciant. Et iterum. Be
ati eritis cum vos oderint homines / et perſecuti vos fue=
rint / et dixerint omne malum aduerſum vos mentientes
propter me. gaudete et exultate in illa die / ecce enim mer=
ces veſtra copioſa eſt in celis. Tā diu ſiquidem infelix illa
iudeorum turba ricardum nunc maledictis / nunc ſtimulis
agitabat: donec exanguis ſpiritum feliciter efflauit. Fe=
lix profecto / qui pro fide xp̄i torqueri: et breui afflictione
macerari dignus vitam promeruit ſempiternam. ¶ Tam
atrox et deteſtabile flagitium cum ſuperiori tempore iu=
dei ſepe commiſiſſent: pueri qui in palatio educati fuerant
freti ꝯſuetudine Philippi inuicem cū ipſo philippo conſa
bulantes / huncipſum gentis morem narrauerāt. ob quod
immane facinus licꝫ iudei penas dediſſent: aliquot ex illis
morte affectis: pertinaci tamen malicia in hunc beatū pue
rum Ricardum ſeuierunt. Quo diro illorum malo factum
eſt: vt queſito diu a propinquis ricardo / iudei in ſuſpitio=
nem venerint conſuete tyrannidis. Porro inuentum ſan=
cti pueri exanime corpus in diui innocentis cymiterio qđ
in campellis deo pariſij dicatum eſt ſepelitur: adiecto la=
pideo monumento. vbi pleriqꝫ morbis et maxime febrib⁹
extenuati / ſancti ricardi (vt credere fas eſt) patrocinio ſa
nitatem accepiſſe referuntur. Non enim dubium eſſe de=
bet: eum a domino exauditum eſſe: qui nomen hieſu coram
hominibus atqꝫ inter tormenta confeſſus: in mortem inno
cens traditus eſt. Qui vero pariſij: quiqꝫ toto regno iu=
dei incolebant / iuſſi ſunt autore Philippo fortunis omni=
bus ad. iiij. kalendas marcias mulctari. ¶ Sed priuſqꝫ re=
gno proſcriberentur / Philippus Bernardum anachori=
tam conuenit: qui in ſaltu vicennarum ſolitarius degebat
homo opinionis bone / et non ficte ſanctitatis. A quo in eo
quod de iudeis conceperat animo / rex confirmatus / edi=
cit iudeos oēs pridie diui Johannis baptiſte franciā re=
linquere: et quo ſors duceret proficiſci. In qua re bina
exultationis cauſa francis allata eſt. Vna ꝙ beati mar=
tiris ricardi mors pro xp̄i nomine ſuſcepta fideles reue=
lante deo non latuit. ſed exhibita in lucem / credentib⁹ ma
teriā deū laudandi prebet: a quo iuſtoꝝ labores ineffabili

mercede compenſantᷣ. Altera ꝙ iudeorũ fallaci ſuſpectiſſi-
moqꝫ cõtubernio frãcia liberata eſt. qui fidei xp̄iane odio/
⁊ ſacrorũ inuidia/ꝑ fenoris preſſurã bonos maloſqꝫ iuxta ve-
xabant. ¶ Eſt enĩ pariſijs inter faſtos dies lux illa ꝑpetuo
memorabilis qua ciuitas eoꝝ lutecia n libertatẽ de anglo-
rũ tyrãnide ſe vindicauit. Non ſit ergo minor leticie cauſa
dũ ſancte religiõis ꝑſecutor ⁊ blaſſemator iudeus a frãcoꝝ
cõſuetudine factus eſt alienus. ne ab illo ppl'us xp̄o credu-
lus et ĩnocenter viuens ſeducatᷣ. Iniquorũ ſiquidẽ ꝯtuber-
nio boni nonnũqꝫ deprauantᷣ. ⁊ iuſtus ꝯmunione ſcelerato-
rũ a iuſticia cadit/iuxta ſapientis ſententiã. Qui tetigerit
picem inq̄nabitᷣ ab ea. Gratias igitur deo et glorioſo regi
philippo auguſto referamus q̇ maleficã gentem a nr̃o con-
ſortio ꝓſcripſit: ne cõtaminaretᷣ fidelis xp̄ianꝰ. Sed in dei
laude deuotꝰ/liberqꝫ ꝑmaneat/⁊ eũ bñdicat/q̇ in ſctis ſuis
glorioſus eſt et predicatᷣ/regnans per ſecula ſeculorum.

Ceterũ vt grã ſanitatũ qua btũs martir clarꝰ eſt fi-
de nõ careat: multi p̄ceſſere extantqꝫ teſtes/ quos
a morbis q̇bus afficiebantᷣ/ſcti ricardi ĩploratiõe
ſanatos fuiſſe accepimꝰ. ¶ Graui etenĩ febre velut igni eſtu-
antes ad venerabiles martiris reliq̇as feſtinabãt. poſtula-
bãtqꝫ vinũ ſibi vel aquã miniſtrari/qua pars aliqua feretri
vbi ſanctũ eiꝰ caput in diui innocentis tẽplo repoſitũ colitᷣ
fuiſſet abluta. Quẽ liquorẽ ebibentes: ſepulchro mox ſe in-
ſternebãt/in quo fuerat beatꝰ martir humatꝰ. Nec vana fi-
de domũ ide reuertebãtᷣ ĩcolumes. Eiꝰ miraculi bñficiũ ex-
ꝑtus ẽ guillermꝰ boſſeteriꝰ. Parẽ qꝫ gr̃am margarita mar-
ci ſugieti filia cognouit. Sil̃i p̄terea patrocinio philippi de
hubes vxor ſalutẽ eſt ꝯſecuta. Addũt ad hec teſtimonia nõ
modicã firmitatẽ pleriqꝫ ſeniores/atqꝫ ĩprimis Johãnes re-
gnauldus/iohãnes du carfour/⁊ guerinꝰ iouen/ꝑhibẽtes
qꝫplurimos (dũ francoꝝ p̄ncipatũ armis vſurparẽt) ãglos
hoc febriũ eſtu ⁊ cõtagio fuiſſe frequẽter vexatos/ reſtitu-
toſqꝫ ſanitati. Quo ſane miraculo adducti angli: bt̃i marti-
ris corpus de tumulo effoſſum/in angliam tranſtulerunt.
Speret igitur nec dubitet egrotus: ⁊ patrociniũ imploret
tam benefici ſaluatoris. cuius opem ſibi non negari confi-
dat: ſi cõſtanti fide beati Ricardi ſuffragiũ efflagitet.

¶ Finis .1498.17.kal'.octobris



## ¶ De variis in eccleſia dei ordinibus. Robertus gaguinus.

Eccleſie caſtris vario cur ordine clerus/
Militet: atqꝫ vnum diuerſo victimet vſu/
Accipe. multa breui delegimus agmina campo.
¶ Luminis ille parens et rerum conditor/orbem
Dum creat: et ſpecies fecunda mente reponit:
Multiplex diſcreuit opus: quo magna pateret
Vis late artificis: et gloria plaſmate maior.
Hinc clarere diem: noctes horreſcere cernis.
Et mutare vices phebi diſcurſibus annum.
Jam maris altiuagi fluctus cum littore pugnas.
Et variũ quod terra parit genus/ether et vnda.
Non adeo tam grandis erat res vnica: pre ſe
Que vel tota ſui vim numinis vndiqꝫ ferret.
Ipſa nec ambire ſummam natura creantis
Sufficit. inde data eſt facies diuerſa caducis.
Rebus vt in multis fulgeſcat conditor vnus.
¶ Ergo recens orbis: cum xp̄i abluta cruore
Mens humana pios virtutum fudit odores:
Autori immenſo ritus diuiſit et aras.
Eſt qui luctifico ſemper moribundus amictu
Vſqꝫ deum clamat. celũqꝫ affectibus ambit.
Audit et excelſo xp̄m de monte docentem.
Sedulus alter agit ſacro libamine plebem.
Irrigat. abſtergit. illuſtrat. perficit. vngit.
Aut fouet alter egros/aut paſcit pane famentes.
Curat et hoſpicio cum martha ſedulus orbos.
Alter in abſtruſo ſe duriter actitat antro
Intonſus/dãmis collega: ſed incola celi:
Fert in carne crucem xp̄i/deſerta ſecutus.
Ad qꝫ pedes pronus ſemper lachrymatur et orat.
Edocet hic mores/et predicat optima factu.
Spretor opũ/mendicus/egens/et ſemꝑ abũdans.
Baiulus ille crucis bello duratus/ in hoſtem
Obiectare manus iuſtis congreſſibus audet.
Funeqꝫ lucrificos templo deterret ementes.

Sic pietate omnes xp̄i myſteria paſſim
Diſpenſant/que tota nequit complectier vnus.
Jnde pius fluxit diuinis legibus ordo
Ordo qui triſti ferro vel carcere preſſos
Eximere et laxis (depenſo munere) vinclis.
Non aliter q̄ cum gemitus miſeroſq; dolores
Excipiens hominum/gremio delapſa parentis
Progenies diuina fores effregit auerni.
Soluit et ex vmbris mercatus ſanguine patres.
Quod fido aſſeruans ſub pectore trinifer ordo/
Geſta redemptoris et nomina trina ſuperni
Fert.amat.exequitur/miſeroꝝ ergaſcula ſoluens.
Cuius et autores et ſancta exordia velis
Pandimus: vt paſcant non vanis rebus ocellos.

## ¶ Gaguinus Jacobo publio Poete.

Dulce tibi omnino felici ſydere nomen
Aptauit phebus/et ſua plectra dee.
Suauius expromis meditatum carmen olore.
Et flacco melius concutis arte lyram.
Jam poſſes furias egro pulſare ſauli.
Et timidos lepores ſiſtere carminibus.
Me vero algentem et pigrum ferme veterno
Jmpellis balbis reddere verba labris.
Sed ne forte pares/tanq; viſurus olympum
Me ſpectare oculis : fige poeta pedem
Non quēuis auſonium docuit quem grecia vatem
Sed triſtem gallum viſeris et reſidem.
Muſa michi nunq; nec felix gloria fauit.
Sors/mens/lingua fuit vndiq; ſemper inops.
Si me fama tulit per terras: forſitan audax
Ne crede amenti quam leuis aura rapit.
Surgit ab exiguo ſurſumq; extollitur ingens.
Credula decipitur.fallit et ipſa leues.
At ſi concedes et religioſa tecta ſubibis:
Te leto accipiam pectore/baccho/epulis.

## ¶ De hoſpita vernonen̄.iocus.

Cum facturus iter vernonem intraueris hoſpes:
  Aſpice qua pendet diua maria domo.
Jllo diuertas.tibi ſe mox hoſpita prodet.
  Baſia que bucca ſuauiter excipiat.
Corpore non ingens: nec viribus ampla virago.
  Sed leni et ſolida carne puella nimis.
Nec tumet vberibus normanno pondere pectus.
  Credideris pomis exſiluiſſe ſinum.
Quam queat expaſſus totam veſtire capillus.
  Et veneris rimam crinibus occulere.
Cetera que ſobria tangi matrona ruberet/
  Albentes coxas/inguina/crura/nates/
Hec pudor aetingi vetuit.nec virgo paſſa fuiſſet.
  Eſt illi concors forma pudorq; ſimul.
Que vero hoſpitibus ſunt multa dicacibus apta:
  Riſus: verba: iocos: fulcra: cubile: merum:
Sedula preſtabit/et voce et mitis ocellis.
  Nec ſtippem iniuſtam tollet iniqua tibi.
Si me non alio curarum turba vocaſſet:
  Contemplarer adhuc ſedulus ora dee.

## ¶ Robertus gagui.artiū humanitatis ſtudioſis.Salutem.D.

Forte dum curis aliquando liber
Altius tento penetrare rerum
Abditos nexus/hominūqꝫ ſenſa:
Hereo muſſans.

Nil fere neruo geritur virili.
Improbum quod non agitet locutor
Garrulus/tanqꝫ ioue fretus/aſtra
Norit/et artis.

Excreat fede genus omne vatum
Rhetorum ductus ſpuit impudenter.
Et rudis cultu procul eſſe templis
Clamat iambos.

Nunc hieronymi memorat tribunal.
Nunc platonina renui poetas
Urbe contendit/ꝙ agant petulca
Carmina muſa.

Nec tui oblitus ſapiens boeti:
Mox tuas dulcis abigit puellas.
Ꝗ piam mentem violent veneno
Fecis amare.

Rudit hec torpens et iners aſellus
Vena cui ſemper reſidet veterno.
Nanqꝫ deſperans loquier probare
Inuidet arti.

Hoc diu monſtro ſchola contremiſcens
(Ceu puer larua) refugit diſertos.
Inde vox herens iacet.et feroſcit
Geſtus et actor.

Scriptor incultus venit aſper/horrens
Rebus ornandis. Quid eni decoret
Cui deeſt artis nitor/et tonantis
Fibra ſophoclis?

Si tamen quicqꝫ grauis hic reprenſor
Actitet luſtro ſemel in decenni:



Rideas coruum ſimulare olorem
Gutture bardo.

Feruet.indagat.nec amat repertum.
Verſat.inuoluit.repetit.recuſat.
Ambigit qua parte quadrent colores
Luminis orbus.

Obuium ſi quid dubio placebit:
Exilit letus/velut ere parto.
Talibus furtis tricolos hyulco
Sermo redundat.

Preterit moyſi numeros.negatqꝫ
Aut iob/aut quoſuis veteris pagelle
Codices miti renitere verſu/
Aut pede terſo.

Nec ſapit qꝫto eſayas lepore
Ciuis ornatus ſacer et propheta
Deuium xp̄i reparantis orbem
Predicet ortum.

Hymnifer pſaltes/ſalomon canorus
Ceu deo quodam geniti/beata
Voce per terras modulantur/et ſunt
Pectine clari.

Quippe qui flatu ſupero mouentes/
Os manum mentem modo dum miniſtrant
Eloquens flamen bonus autor artis
Verba regebat.

Sic hieremias tener et puellus
Uber eſt verbo.docet et perorat.
Carbo non fruſtra datus.eſt prophete
Igneus ore.

Non vides flammis rutilaſſe linguas
Cum ſyon igni micuit repente
Et.dei numen ſolymis dediſſet/
Omnia fari.

Lingua fert vocis ſapidum fluentum.
Ignis ornatum/ſpecimenqꝫ verbi.
Veritas vnde flueret nouande
Relligionis.

Ergo bos quid carpis inops loquelle
Beluis vnde emineas/et amplis
Ciuibus preſtes/hominumqꝫ genti
Phebus vt aſtris?

Eſt ſuus ſplendor nitidus fabellis
Nulla quas vindex ſuperet vetuſtas.
Quas cato interdum facie ſerena
Dictet habendas.

Veritas cultu (ah) redimita nullo
Scilicet menti tetrica inſidebit?
Conuomet ſumptum ſine melle triſte
Farmacon eger.

Inſtar eſt duri ſilicis voluntas.
Icta non cedit. reſilit coacta.
At quidem ſenſim fabrefacta prendit
Arte figuras.

Plebis abſceſſum patribus rebellis
Ore felici properans agrippa
Ventris obiectu reducem voracis
Flexit in vrbem.

Vnus ex graijs itachus profando
Ad necem gnate/gemitu repreſſo/
Vota cum ſacris foret/et dyane/
Mouit atridem.

Tam potens eſt vox modulanter acta.
Nam fibras intus petit/et medullas.
Et truces pulſans animos potenter
Comprimit iras.

At iouis fulmen/venus/aut oſyris/
Et deum vulgus merito ſpuendum eſt.
Exulet. ditis colat vſqꝫ ſedes/
Et ſtygis vndas.

Et quiđ nobis dolet/illa dum quis
Preſſius ponit/vel agit nefaſta.
Ni pio vertat ſimulachra ſenſu
Mentis in vſum.

Legifer hieſus patris alma ſummi
Mens/ymago/ſplendor/homo/deuſqꝫ
Aſſit. et diſcat chelis inſonare
Numine vero.

Hinc tropos et ſchema pie mouebis.
Hinc ad ornandos color omne mores
Floridum ſiſtet. decor eſt vetuſtis
Multus hebreis.

Tornet ad carmen pia verba vates.
Inſolens olim rudis et ſupina
Vox/erit crebro refricata ſuauis.
Tam valet vſus.

Si probe ſacrum reputes volumen:
Non vacat gratis ſalibus. iocatur.
Circuit. tranſſert. replicat. frequentat.
Aggerat. effert.

Ipſe vos porro iuuenes coortor
Diſcere intente bene cuncta fari.
Sed tenax veri meditata ducat
Lingue minerua.

Luminis multum ſimul hec vibrabunt
Vnde luſtretur male fantis error.
Et fides plane valeat doceri
Famine puro.

Efficax eſt artis honos/et expers
Deteri lapſu venientis vrne.
Vt licet fictum polias/et ornes
Duret/ametur.

Viuit hoc ſucco/maro/flaccus/alceus.
Nec grauant/q̄q̄ relegas diurne.
Cur ita haud ſperes placitura ſacra
Compta menandro?

Valete. 1493. 4. idus octobris.

## De miſera hoĩs cõditione et ad eã cõſolatione/per Robertum gaguinum.

Inter multa quibus ſe mens exercet et angit
  Hec meſtam imprimis queſtio ſepe quatit.
Cur hominem tenui poſt omnia ſemine cretum
  Et nudum finxit conditor et fragilem.
Uagiat ortus humi querulus. nec cetera/nec ſe
  Noſcat: mole ſua verme profecto minor.
Quem velut amentem mala vexet ſemper erynnis
  Implicitum loris ſedula nectit anus.
Et niſi lactantis ſuccedat cura benigne:
  Uix datus in lucem/luce remiſſus abit.
Adde ꝙ et fandi ſtat longo neſcius euo.
  Ut tantum effigie differat a pecude.
Quid ꝙ adultus eget iuſſis et lege monentis:
  Et crebro hortatu vix datur eſſe ſciens?
Nanqꝫ per etates/obrepunt nubila cuiqꝫ.
  Error quenqꝫ ſuus cecat/vt acer amor.
Sic ne ducem rebus diuina lege futurum
  Per tenebras labi profuit: et ruere?
Et quam tu ratio fers luminis eſſe miniſtram
  Fumigat. et fungis nigricat atra ſuis.
Centum oculis diues nonnunqꝫ luditur argus.
  Fallitur et thedis pluribus vſa ceres.
Unde ſibi (dic queſo) petat per opaca meatum?
  Arte ne? ſed titubat ſtultus et ipſe ſophos.
Dum macedona coli prohibet calyſtenes aris:
  Diſſectus toto languit ore miſer.
Al ter inexperti ſimulator forte cachinni/
  Et grauis et ſapiens ſurgit in orbe ſolon.
Quid riſus/lachrymaſqꝫ notem diuerſa ſequentur?
  Quid iuuat aut molles dicere vel rigidos?
Rara arte inuenies caſum vitaſſe platonas.
  Diſcipulos fallit phyloſophia ſuos
Turba cleanteo deducta cacumine/multis
  Ceca locis: nec dum fert ſine labe pedem.
Pugnant philoſophi diuerſo dogmate priſci
  Ut ſepe ignores quo duce recta probes.



O formas vite varias. o errata ſciendi.
  Hic iubet. ille vetat. garrit hic. ille tacet.
Ructat apros alter et comuomit ore lyeum.
  Hic modico letam ſuſtinet eſuriem.
Que ſecura manet/qua tranſeat/orbita lippus?
  Non ſatis eſt virtus. nec ſatis ars docuit.
Iã michi nec tripodas/nec phebi oracula narres.
  Q̃ ſit iniqua dei ſponſio (creſe) doces.
Exta ſacerdotem fallunt. et neſcit aruſpex
  Fibras. ridet ouans iuppiter ariolos.
Ponat aues augur. nec iactitet ammon arenas.
  Ars veſana gradus ponit ad interitum.
Nec ſatis aſtronomus celos cognouit/et axes.
  Nec martem ignitum/nec fera tela iouis.
Sed ſcio quid contra argutus ſarbonicus addat.
  Et xp̃i et moyſi lege patere viam.
Hos vite preferre faces ceu ſydera/puro
  Fulgore arcendis nubibus appoſitas.
Inficias non ibo. patres agnoſco. deũqꝫ.
  Quem carne obtectum credit amatqꝫ fides.
Sed denſa eſt inter caligo ſequentibus egris.
  Nec contuſa valet ferre pupilla iubar.
Triſte per amfractus ſcrupoſo tramite longe
  Saxa per et rupes ſentibus horret iter.
Quo dum procedunt/callis biſſectus inertes
  Turbat. et ancipites deuius error agit.
Lex vctus vmbroſo texens enigmate verum
  Pleroſqꝫ abduxit limite precipiti.
Nempe quis aut moyſi preduro cortice ſenſa
  Eruat? aut vatum preſcia dicta docet?
Obſignata latet quam nemo recluſerit eſdras
  Pagina venturo carmine prompta deo.
Hinc venere truces/anime retinacula/ſecte.
  Cum properat ſenſis quiſqꝫ preire ſuis.
Et q̃ꝫqꝫ exultet ſaluantis munere hieſu:
  Inſipida interdum relligione ruit.
Pro ſe quiſqꝫ tamen teſtes et ſcripta reponit
  Et quo incuruus eat dirigit vſqꝫ gradum.
Quis diras hereſes nullo non tempore fumo

Surgentes lippus cernat/et inſidias?
Scintillas veri dubius per nubila/tantum
Suſpicor:et dicis/ſydera (curre) micant.
Luſcus vt obſcura (ſuſpenſo calce) pruina
Fumantem longe conijcit eſſe facem:
Sic procul appenſis media caligine lychnis:
Ueri ſigna notat ſubradiantis homo.
Stat iuxta inſidiās commentor/fraudis alumnus
Demon/et anguigero crine megera ferox.
Suſpenſum impellunt aſtu.ſubit egra voluntas.
Et captiua malis dat ruitura manus.
Blandula mox dulci/ceu coniunx/felle voluptas
Palpat.et ad venerem ſuggerit igniculos.
Accedit rerum ſplendor diuerſus.honorqꝫ.
Cum lucro et pompa fit comes ambitio.
Que ſi non agitent:inopem ferit acris egeſtas.
Aut a fratre dolus.vis.furor.ira.metus.
Clamat et attritu pertuſa valde lacerna
Pauper opem.⁊ miſeris queſtibus aſtra replet.
Interea quid iura ducum/ſtippendia/ſortes
Eloquar:et furta martis/et angarias?
Non paruo ſudore gemens hec ſoluit egenus.
Soluit.et afflictis vndiqꝫ creſcit onus.
Cerne ꝙ a minimis nequeas vitare furorem.
Lederis/ignarus quo malus hoſtis agat.
Muſca/pulex/cinifes/⁊ veſpa/et bruccus/aragne/
Uoluulus et blatta/ſcorpius et coluber/
Et longe inuiſa ſerpentum plurima peſtis/
Nonne venenifere ſpicula mortis habent?
Nonne vides quo trux trudat dementia multos?
Et quo ſeuus amor impulit abſalonem?
Una venus raptu ſublimia pergama fregit.
Hec eadem ferme ſubruit et danaos.
Non iras/non bella/quibus ſe concutit error/
Profero.ſuccumbit mens tot operta malis.
Hec parui fuerant/niſi ſe rabieſqꝫ fameſqꝫ
Ingerat.illa lupis ſeuior.hec tygribus.
Hec gnatos (crudele nephas) oblita parentis
Et necat.et lixat/matris ad ingluuiem.



Illa furente manu totos graſſata per artus/
Unguibus et dente corpora/ſeqꝫ vorat.
Et natura parens vix temperat horrida monſtris.
Ceu paret alcidi iuno nouerca feras.
Terra tremore/fragore polus/draconibus vnda/
Territat.et morbi non monoforme genus.
At dum corda quatit errore pauentia vermis:
Ut memor actorum flebilis illachrymet:
Acrior his longe premit intus/et angit inermem.
Cura vrens ſceleris/cura relicta boni.
Hos inter ſtrepitus tamen exclamatur:habeto
De ſuperis curam/ditis et antra caue.
Heu diram ſortem.ſperemus ab equore nudum
Surgere:quem nulla concutit vnda rate?
Expoſitum ſilua in magna per luſtra/feraſqꝫ
(Uincere non dicam) ſerpere crediderīs?
Sic hominem preſſa formator valle locauit:
Cui ſuper exurgat vndiqꝫ ſciſſa ſilex.
Infra diſpateat deſpectu foſſa profundo.
Lubricus vt callis inter vtrūqꝫ ferat.
Circum inimica cohors/accincta ferire pauentem
Quem ſubito lapſu conterat et iugulet.
Scandere ſi tentet:conantem ſaxea rupes
Occupat.in preceps ſi labat abijcitur.
Ergo ſeptus homo longe infelicior omni
Eſt animante/ſua conditione miſer.
¶ Sed quo memet ago? dicam ne creantis iniqua
Legeꝑ mi inſontē/carcere/morte/herebo?
Excelſi ſed facta dei temerare/nec auſim
Nec fas eſt.factum miror/et artificem.
Maior enim tanto eſt:quo nos terreſtria paſſos
Excitat impigros vincere monſtra ſoli.
Poſtqꝫ breues pugnas/dextra victrice/venire
E ceno ciues luminis etherei?
Quis te pallor agit fugiens certamina miles?
Uix pugnam ingreſſo pila timore cadunt.
Deſpice ſi qua tenes veterum miracula rerum
Iam pueros cernes querere morte decus.
Femineos illic et diros mortis agones

Etate in tenera ſcripta beata canunt.
Vbera diuelli ferro/cardis et corpora carpi.
Et plecti horrendis virginis oſſa rotis.
Igniri termas/et aquis feruentibus indi.
Et gelidis lacubus pſallere poſſe ſenes.
In fornace puer flammas contemnit et ignes.
Et crate diſtentum ledere pruna nequit.
Vna necem/et ſeuas perfert virguncula mortes.
Tu vir ohe ſonitu deficis/vſq; tube.
Per ſiluas alter ſolus collega ferarum
Paſtum a glande petit/veſcitur et ſiliquis.
Dormit humi gelide:pro tectis incolit antra.
Nudus et algores ſuſtinet atq; famem.
Inter delicias ſatur eſt dum venter obeſus
Nazareos loquimur.ſanſonas et furios.
Offenſi verbo mox mox turgeſcimus ira.
Nec bilem incenſam territat enſis atrox.
Flumina tranamus/nec obeſt tranſcendere iuram/
Hoſtis dum pereat/dum furor arma gerit.
Si promittat opes vndis rixantibus equor:
Sauromatas molle eſt/molle videre tagum.
Ad ſcelus omne leuis pena eſt et grata voluptas.
Sola grauis virtus viſa libidinibus.
Si quid relligio ſacris proponit agendum:
Officio ſi quid conuenit et ſuperis:
Molem habet inuiſam ceu tergo ponat olympum.
Vel monte aduerſo ſyſiphe ſaxa rotes.
Tam tarda eſt natura/ſui meminiſſe vigoris.
Pronaq; decumbit pondere preſſa mali.
Magno ſed mentis nixu/duroq; labore
Sublata:erigitur.ſtatq; vigetq; gradu.
Non ſecus ac molli nutritus miles in aula
Sub dura refugit caſſide bella pati:
Sed ſudore cito tabeſcit inanis et expes:
Lucidus et toto ſanguine deficitur:
Si ſenſim perferre ſagum ſoliſq; rigores
Cogitur:aſſueſcit/tela nec vlla pauet:
Credite ſic animos longeua per ocia frangi.
Et fieri imbelles abſq; labore manus.



Ergo opus eſt facto.domita ſic carne/fatiſcet
Dira acies ſcelerum/victaq; terga dabit.
Ieiunus ſine pane famem/ſine fonte diurnam
Ferre ſitim diſces.et ſine felle dolos.
Non fraterna tibi liuentia ſputa dolebunt.
Et patula admittes aure nefanda loqui.
Longeq; abſcedes doctrinam audire prophete.
Qua mens irrigua ducat in aſtra comas.
Hoc alitus ritu/cedent tibi monſtra/fereq;.
Nec falſos monitus lex peregrina vehet.
Sponteq; dilectum facile amplexaberis hoſtem.
Criminibus tantũ bella ſeuera geres.
Dux aderit xp̃s preceſſor fidus in armis.
Doctrine et vite legifer et medicus.
Eius geſta ducis/colaphos et funus acerbum
Volue memor/teq; iuſſa beata iuuent.
Rege tuo miles felicior eſſe putabis?
Ille labore polos:ipſe quiete petes?
Diſcipulũ faſſus/paſſi tormenta ſubibis.
Tolle crucem dixit/qui mea geſta probas.
Quid gemis/et querulus luctu marceſſis anili/
Ceu deprenſus eas furcifer in baratrum?
Surge potens animo/ſuperis iutantibus egrum.
Et confide.vehit ſpe deus ipſe ſuos.
Pugnabis.referes xp̃o cenſore triũphum.
Surſum ibis gaudens.flebit inerme ſcelus.
Demus colla iugo ſaluantis.demus et arma.
Pone deus victor pugnat vbiq; comes.
Igniculos virtutis habes/quos pectore geſtans/
Si cure et ſtudij follibus excuties:
Fax eris ipſe tibi/tenebris prelucida cũctis.
Et tete armatus ſtabis/agente deo.
Cuius preſidijs/et ſancto numine diras
Calcabis peſtes ſtrẽnuus armipotens.
Nam deus in nobis operatur velle fidemq;.
Compugiles illi ſimus et armigeri.
State viri.et durate animo.nec ſegnibus annis
Stertite.vobiſcum ſemina lucis eunt.
Exercete pios genitor quos indidit ignes
Mentibus.his verum cernimus/et ſuperos.

¶ Arguit poetas q̇ noīa veterū deoꝝ inocāt

Quid iouis et phebi michi profers nomina vates:
  Et pridem exploſe palladis armiſone?
An cupis erumpat flegetontea turba per orbem
  Impia damnatis reddere ſacra deis?
Si magis ad carmen reputas quadrare lyeum:
  Fallere. grata facit non meliora fauor.
Carmine ſi diſces xp̄m vel ſcribere lucam
  Comperies vſu pleraqꝫ culta dari.
Relligioſa fides et amate gratia legis
  Incutiens pectus plus ioue carmen aget.
Dum verſum ordiris: confeſtim adciſce mariam.
  Promptior applaudet nulla thalia metro.
Haud bene de ſacris nec lege merebitur autor
  Qui ſibi melpomenem deuocat ad numeros.
Illa vetuſta ſatis nimiū placuere. placebunt
  Et noua: ſi ſtudio continuabis opus.
Non ſecus ac pulſa terris caligine phebus
  Dum nitet/et puro lumine luſtrat agros.
Nec tibi materiam dum ſcribis abeſſe timeto.
  Hanc dabit vt flumen ſpiritus almus aquas.
Tot tibi ſanctorum ſuccurrunt geſta virorum
  Fulgida: quot cernis aſtra micare polis.
Hec animi voto: ſudanteqꝫ pectore verſa:
  Plenum reddet opus gratia: cura: labor.

¶ Petro buryo Robertus ga. S.

Petre muſarum memorande cultor/
Carior nobis opibus beatis:
Vſqꝫquo incertis animis feremur
Morte propinqua?

Viuimus mentis nimis impotentes.
Nilſtat impreſſum probiter. volentes
Nolumus quicqꝫ/dubij bonorum.
Proh vagus error.

Pronus it ciclus properantis eui.
Tollit incautos inopina finis.
Nec fere quiſqꝫ repetit ſagacis
Commoda vite.



Nos rapit lucrum. trahit et libido.
Nil minus vera petimus ſalute.
Luce donandi colimus tenebras
Carnis inique.

Sed nimis pigros tenuit veternum.
Ad dei leges moniti ruamus.
Qui citans panſis manibus morantes
A cruce pendet.

Ille peccatis adhibet medellam.
Excitat ſegnis animi ſopores.
Auget et robur. veniam rogemus
Petre gementes. Vale.

¶ Ad diuam Mariam eiuſdem gaguini
Oratio Aſclepiadeo carmine.

Virgo labe carens ethere purior
Expurga vicium. fer tenebras. procul
Fac oro redeat ſpiritui vigor:
Qui te qui genitum ſanctius excolat
Toto numine pectoris.

Tu fons es ſaluber/riuus et efficax
Purgando ſceleri. nec ſine te ſalus/
Nec vite nitidus candor habebitur.
Nam te progenuit terrigenis deus
Imbri vt fructificent tuo.

Premunda veniens carnis origine/
Primos mundicie dat tua lux gradus.
Tu celi reſeras facta parens fores.
Nobis lumen ades. celitibus decus.
Toti percelebris polo.

A te concipimus vota/preces/opus.
Auge quod cupiunt ſpes/amor/ et fides.
Stat ſpretis opibus pergere liberos:
Stat virtute polos virgo reuiſere:
Si dux veneris/et comes.

## ¶ Epithaphiū iohannis marcant.

Ad vitam redimi ſi poſſent fletibus vmbre/
Faucibus hic mortis eripuiſſet amor
Cuius ob interitū fleuit carmelus abunde/
Tanq̃ delicias mors ſibi deriperet.
Paruulus ad ſacra carmeli ſepta volando
Se vite exemplum prebuit atq̃ ducem.
Attrebas hunc genuit diuina mente valentem
Quo nemo fuerit celſior ingenio.
Experta eſt ſarbona virū dum ſepe viciſſim
Pugnat. et in gyrum ſtoica tela vibrat.
His deditum ſtudijs iuuenem mors emula vite
Occupat/et tenebris implicat immeritum
Tam ſubito occaſu vix firma etate iohannes
Marcant eripitur/conditus hoc tumulo.
Incauto ſic fine ſecant ſua ſtamina parce
Occidit inde ſenex/occidit inde puer.

## ¶ Ad fauſtum.

Sepe graues vite tacitus dum fauſte labores
Atq̃ animi morbos et acerba incōmoda voluo
Me vehemens totum rapit admiratio: quare
Caſibus innumeris actus tortuſq̃ frequenter
Optat homo nunq̃ ſpirandi ſtamina rumpi
Sit terſite licet et ſcorto matre creatus
Turpis et vt larua ſpectantis turbet ocellos.
Semper inops panis/ſemper mendicus et eger
Algeat et febri. vix erret. vix edat/omni
Defectus ſthomaco: ſenio iam pronus in vrnam
Squaleat et nigro multum deuinctus in antro
Et cui mox ſubeant mentem cruciamina mille
Vxoris ſtuprum/natorum furta neceſq̃
Fraus comperta ſui nimiū dum credit amici
Et vetus admiſſum quod purget framea crimen
His inquam vexatus homo/producere vitam
Ambitione mala curat/nec ſentit amaras
Sortis egeſtates lucis dulcedine feruens
Vnica mors fugitur. parui ſunt cetera. Quis



Morbus pena metus corpus miſerabile vexent
Farmaca ſic miſeri ſorbemus plena veratri.
Et mortem exoſi mortem guſtamus euntes
Nemo fide ductus nemo ſpe erectus anhelat
Noſcere q̃ mors eſt eterne ianua lucis.
Felix quem diuinus amor/ſperataq̃ celi
Gaudia ſollicitant/nec mortis ſpicula terrent.

## ¶ Robertus gaguinus Petro ſuccurri bili doctori theologo.

Forte rogas cur nos helycon nec muſa citarit/
Ludere dum longam pergimus vſq̃ viam.
Anxia verſiculis interdum cura leuatur.
Et narrata rapit fabula dulcis iter.
Faſce minus premitur demulſus carmine vector.
Et vigil ad lichnos penſa puella rotat.
Non animo mi petre putes tepuiſſe robertum.
Defuit ars illi/defuit atq̃ comes.
Nam quibus incumbunt ingentia ſeria regum/
Hos iocus et clyo non reuocanda fugit.
Vt ſpinis incultus ager et vepribus horret:
Sic diſſueta modis lingua diſerta iacet.
Nec numeros collega/feras ſectatus et apros
Curat. agit canibus/et volat accipitre.
Armat equos bellis/et figit arundine coſtas.
Victor et a medis cum macedone redit.
Talia dum narrat generoſior hectore miles:
Quis poſſit muſis dexter adeſſe locus?
Artibus his plerūq̃ dies preteritur vmbra.
Occupat et cenas ardea/vultur/anas.
Preterea pelagi ſurgentes vndiq̃ fluctus
Plectra choroſq̃ ſono deſtituere ſuo.
Quid non ora procax/et grandine mixta procella
Terreat: et ſtagnans dum ferit vnda ratem?
Excidit omne michi muſarum numen et ardor.
Nec vertigo meum deſerit ipſa caput.
Mens tamen ardeſcit reges componere pace
Si maia genitus rectus in ore ſonet.
Ex londonijs. xx. nouembris.

¶ Ad diuū Paulum apoſtolū Ro. ga. miniſtri generalis ordinis. ſ. trinitatis. Oratio.

Paule ſator verbi quo ſe mens credula paſcit/
Imbribus et ſacris qui pia corda rigas:
Qui capis ingentes riuos aperire ſalutis:
Et tanꝙ electum fundere vas latices:
Alter es eccleſie celeſti dogmate princeps/
Clauigero ꝙ̃ꝙ celſior extet apex.
Ambo freto immerſi/cum ſpes iam falleret ambos
Senſiſtis domini ſubuenientis opem.
Unus in vrbe nero meritis equalibus ambos
Plectit/quos fidei cauſa dat eſſe pares
Prima illum ſedes/te veri ſermo beauit.
Hic cruce diſtentus: tu petis enſe polos.
Rethibus et naui rudis ille per equora durat.
Zelo tu veterum feruidus arma geris.
Ille ſit antiſtes de piſcatore diſertus:
De raptore lupo fautor es ipſe gregis.
Te vocat e celo cinctum mucrone redemptor.
Grandis apoſtolicus a rate cephas abit.
Pabula doctrine terras diffundis in omnes.
Et duplicata deo capta talenta refers.
Lumen es effulgens cuius ſplendore pateicit
Orbita ducendis gentibus ad ſuperos:
Tu credenda mones. tu ſenſa obſcura recludis.
Precipis. hortaris. corripis. et ſtimulas.
Te doctore nichil iuſtis eſt mentibus anceps.
Tam ſunt ſcita dei cognita paule tibi.
Iam preceptor ades. et clerum dirige celis.
Et quas pauiſti protege ſemper oues.
Apud Londonias. 1489. die ꝯuerſiōis eiuſ.

¶ Quare Sixtus. iiii. pontifex maximus guillermū ficetū ad ſe romā accerſiuit

Non vana eſt ratio: cur ſixtus in vrbe receptum
Ficetum voluit. miſtica res geritur.
Robora fert ſixtus/et vite pabula glandes.
Sobria quem capiat gens ſaturanda cibum.
Aggerit his dulces mellita ex arbore ficus/
Condiat vt paſtor mox alimenta gregi.
Eſt forti glans querna cibus. eſt eſca tenellis
Ficus. ab his ſat habet vnde cibetur homo.
Ferrea ſic fartis ſecla emollire saginis
Ficubus et glande clauiger orbis auet.

¶ Epigrāma ad renatum lothoringie ducem de victoria habita apud nanciū.

Hic locus inſignis burgundum clade manebit.
Teqꝫ perenniſona voce renate canet.
Carolus obſeſſum dum te burgundio cogit:
Surgis. et exerto conficis enſe ducem.

¶ Petro carmeliano. Gaguinus

Uis petre ingenue quod de te ſentio dicam
Dum me ornas varijs laudibus et tytulis?
Conſpicuum tu lumen habes. diſtantia cernis.
Aſt acies longo fallitur a ſpacio.
Ethere de ſummo ſpectans caligat ocellus.
Et taurum dicis qui ſit aſellus iners.
Sepe michi occurrit veri conſultus apollo.
Et vires dicit noſce gaguine tuas.
Quod tamen eſt nobis ſuperum pietate tributū
Laudari tanti non pudet ore viri.
Nec te blandicijs credo palpare robertum.
Cui tecum eſt vna carmeliane fides.
At nunc ſi quod habet ſtudiorum munus et artis
Eternum fuerit clare poeta tuum.

¶ Uxoris vmbra merentem de eius morte maritum alloquitur.

Quid me tot lachrymis coniunx dulciſſime luges?
Conſciaqꝫ erroris numina ſancta vocas?
Una hominum lex eſt iuſſu omnipotentis oriri.
Et ſubito in mortem cuncta referre gradum.
Si tibi forma recens: facies ſi noſtra placebat:
En decor vt ceſſit care marite vides.
Corporis hec bona ſunt. fugiūt velut aura. cadūtqꝫ
Deſine fluxa ſequi. nec moritura geme.
Que latuit fragili potius ſub pectore mentem
Dilige conſortis. dilige quod ſupereſt.

Corporibus multis eſt pluris ſpiritus vnus.
Hic viget et perſtat. fit caro feda cinis.
Aſpice quis venies ſanie deformis ad vrnam.
Quam nemo olfacere nare patente velit.
Mecum ergo in tumulo tandem poſt fata locãdus
Uiue deo. et gnatos inſtrue quos peperi.

¶ Ad mariam virginem.

Ecce reus voti / compoſqꝫ ſalutis et aure /
Hanc cere etlichni reddo maria facem.
Juuaſti orantem. ſoluentem debita ſerua.
Et concede data virgo ſalute frui.

¶ Ad languentem amicũ pecunie inopem.

Jam fruſtra expectas placari numina verbis.
Tota tuam optaret nunc medicina necem.
Auribus arrectis nunq̃ ſe prebet apollo
Cum vacuus nummis expetit eger opem.
Ere potens adeas numen. mox ipſe catarrus
Stabit: et a tuſſi pulmo leuatus erit.

¶ Umbra Adeline Cornubienſis.

Diſce miſer per me quo luxus et inſcia veri
Forma fugit. vel quo turbine celſa cadunt.
Sum vera effigies pereuntis lege decoris.
Et quo defluxi defluet omne decus.
Natales: ſpeciem: patrimonia: robur: amores:
Lex perimet fati. tolle ſupercilium.

¶ Robertus ga. Cornelio vitellio.

Q permulta dolo fieri indignaris / et aſtu /
Q vultu et verbis nulla relicta fides:
Ne ſtupeas. certis decurrunt crimina methis.
Et comes id vetito proxima pena dolo.

¶ Robertus ga. Dyoniſio alligreto.

Plurima traduntur legum primordia terris.
Jura nec interpres vnus in orbe tulit.
Legifer eſt indis comitatus apolline liber.
Mercurium nylus iactat habere ducem.
Atticus exultat iuſſis parere ſolonis.
Et ſpartham effrenem lege lygurge domas.
Greca phoronei plebs ducitur omine regis.
Seruat heber moyſi pagina quicquid habet.
Unus chriſticolis vite mandata reponit
Hieſus. et errantes predocet ire viam.
Tu legum cunctos dyoniſi ſoluere nodos
Et rimari archana iuris alumne potes.
Te ductore puer mores ediſcit honeſtos:
Ne temere quicq̃ / vel violenter agat.
Nec minus ipſe viros iuris moderamine formas.
Et pretor per te iuſtior efficitur.
Uiue potens fama. viue alligrete beatus.
Dignus qui geſtes pontificale pedum.
Uiue. et tantilla gaguini laude probatus
Aſſidue certa doctior eſſe. Uale.

¶ Epithaphiũ rati cantoris ecclie conſtañ.

Nil mirere domo quẽq̃ de paupere naſci.
Fortunam ſuperat ingenioſa manus.
Natus inops / ſtudio certaui vincere ſortem.
Roma dedit mores. dogmata pariſius.
Preclareq̃ vrbes conſtantia / narbo / baiocus /
Me videre vices pontificum gerere.
Sed tandem extinctum retinet conſtantia buſto:
Dum tuba ſupremum clanget adeſſe diem.

¶ Gaguinus Fauſto poete laureato

Fauſte pater metri quid quoduis carmine reddis:
Auſim ꝙ tecum tendere (parce) chelim.
Non ego de phebo didici contingere plectrum.
Me docuit tetricos gallia belga modos.
Veniſti ad francos. et te veniſſe probamus.
Terſius vt noſtri verba latina ferant.
Speramus iuuenes te vate inuiſere muſas.
Et ſacra pyeridum poſſe fluenta ſequi.
Perge poeta precor. et ſperne maligna loquentes.
Tu decus ex francis fauſte perenne feres.

¶ Gaguinus de cena cuiuſdam lepidi amici apud Carnutum.

Cena fuit varijs multum laudabilis eſcis.
  Nec bromyi caruit munere: nec ſalibus.
Sed riſu dignum eſt: bibimus dum ſorba topini:
  Andegaue vitis credimus eſſe merum.

## ¶ Reuerendo patri dño miloni dilliers Carnuteñ. epõ Pſitacus loquitur.

Pſitacus aduenio peregrini munus amici.
  Mente carens ales. ſed bonus eloquio.
Cum dominum muto: paruo ſum tempore mutus.
  Donec condiſcam patria verba loqui.
Accipe me tecto. cauea vel conde tenaci.
  Firma michi fuerit lignea nulla caſa.
Ibo comes tecum. tecum verſabor vt hoſpes.
  Aut farre aut nucibus me bone preſul ales.
Lardum non ſpernam. nec quas lixauerit ignis
  Carnes. perparuo viuere cuncta queunt.

## ¶ Gaguinus Boſtio carmelite.

Tu ne vnq̄ boſti mecum certare quieſces
  Raucus vt ad diuos diſſona verba canam?
Ecce tibi reſonat argutus arundine rhenus.
  Et paſſim vates educat altiloquos.
E quibus aſſurgit ſophoclea voce iacobus
  Dicere q̄ pura ſorde maria nitet.
Tam procul eſt noſtrum mi boſti carmen ab illo:
  Q̄ lentam anticipat concita cerua bouem.
Vox illi excelſa. michi pulmo torpet anhelus.
  Et medio curſu vox ſemifracta cadit.
Dic vati numeris pia ſacris cantica pangat.
  Me tenet elinguem pigra ſenecta domi.

## ¶ Jodoco badio. Ro. g. carmẽ aſclepiadeũ.

Non circi ſtudeo vincere curribus.
Nec pingui lubricum nixus arenulis
Pro laudis tytulo ſternere militem.
Sed nec iam querulus / iam fragilis ſenex /
Phebea meditor ludere fiſtula.
Hoc preſtet iunior voculus / et callens
Inſanire dea. buſta michi paro.



At tu floridior miles apollinis /
Muſarum celeber cultor et artifex
Plectrum tange frequens. te labor euehet.
Vinces auſonios verſibus aureis.
Atq; olim referes premia palmifer.
Eternumq; tibi ſic paries decus /
Quod nec parca terat. nec violet macer
Liuor: ſi recipis carmine delphico
Grandes materias ſyderibus dare.
Clareſcunt pugiles marte / foro / et cheli.
His virtus rapitur ad ſuperos potens.
Et nomen manet inclytum.

## ¶ De xp̄i natiuitate carmen aſclepiadeũ.

Aduenit nouus ex ethere lucifer.
Quem non terra ſuo concipit ambitu.
Nec celi poterit claudere circulus.
Nec mens ſydere celſior.

Hunc prodit genitum virgine celitus
Longe ſtella micans fulguris in modum.
Que mox ſedit in edibus accola.
Donec dona refert arabs.

Tris dant trina: criſim. regius hic honos.
Alter thure deum predicat et colit.
Dat mirram veniens tertius / indicans
Dire ſupplicium necis.

Bethleem teges eſt paupere viculo.
Quo naſci voluit carne gemens deus.
Et ſe virgineo lacte cibarier.
Vagitu miſerabilis

Hinc ſe diſcrucians perfidus et ferox
Herodes / perimit matris ad vbera
Gnatos anniculis forte biennibus.
Sed necdum validos loqui.

Sic regnum veritus perdere regulus:
Molitur puerum ſeuus vt enecet.

Q̄ ſcriptum meminit voce prophetica
Aſtrum de iacob' affore.

Egyptum repetit ſummonitus ioſeph
Et cum matre nimis ſedulus obtegit
Infantis gemitus: quem ſcit et eſſe deum
Carnis ſordibus obſitum.

Defuncto rediijt rege puer iheſus.
Peccati tenebras ſi lumen abegerit:
Ad nos xp̄s adeſt hoſpes et incola
Veri luminis editor.

## In pacis detractorem.

Lingua furēs hodie colubro magis īproba / virꝰ
Sparſit. et in latebras ſe / nimis auſa / tulit.
Inſtat ab occulto / ſtygijs emiſſa cauernis.
Claudere quam paci fata dedere viam.
Illa per inſidias bachanti carmine bellum
Suggerit. o diui cur latet iſta lues?
Eſt ne vir in terris qui poſt tot bella recuſet
Et patriam et gentem pace beare ſuam?
Qua freneſi cruciata furis o belua? tu ne
Conuentus pacis inuida ſic prohibes?
Tu ne doles gallis celo veniſſe quietem?
Atqꝫ iterum cedem paſta cruore ſitis?
Claudite littores multis cuſtodibus vrbem.
Inſidias furi ponite / ne fugiat.
Eruite e templis quibus hic latro ſe tegit aris.
Qui paci obtrectat publicus hoſtis erit.
Exulet vrbe procul vaſto notiſſimus orbi.
Et reprobus careat ignibus et latice.
De furca et penis quibus mors eſt lege parata
Dicere non pergam. cetera cenſor agat.

## De pace inita cum maximiliano.

Nullus erit poſthac / q̄uis fremat equore pardus
A celtis belgas qui ferus eripiat.
Omnia ſiue getas ſeu mallit querere gades
Hoſtibus amotis francus adibit ouans.
Ferte ſacerdotes fumantia thura per aras.
Nec ſileat veſter cantica leta chorus.
Nec te bellipotens pudeat deponere ferrum.
Gratior eſt armis federe parta quies.
Et vos o ciues leti celebrate choreas
Atqꝫ ignes circum turba modeſta ſonet.
Sydera tranquillam promittunt ſecula nobis
Vt pleno cornu copia fundat opes.
Publica ſi quiſqꝫ rugata fronte malignus
Gaudia ſubſannet: nec ferat eſſe iocos:
Ille ſub obſcuro tenebrarum carcere totus
Sordeat. et nuda langueat eger humo.

## Ad beatam virginem mariam.

Sepe michi incaluit magno feruore voluntas
Dignum aliquid meritis dicere virgo tuis.
Sed tantum ſuperas et nos et carmina: q̄tum
Pre ruſco cedrus tollit in aſtra comas.
Te longa ſerie genuit proſapia regum.
Et dauidis claro germine progrederis.
Iam tibi venture vatum reſponſa canebant.
Predixitqꝫ tuum ſepe propheta diem.
Cuius in exortu pulſa caligine / mundus
Acciperet rutilem cum pietate fidem.
Orta ſimul tecum eſt virtutum fulgida lampas.
Que terris hereſum nubila diſcuteret.
Cūqꝫ eſſes celebs et moribus vndiqꝫ terſa:
Te modicam et mitem pretulit omnipotens.
Vna in te potuit humilis ſapientia terris
Accerſire deum / quem ſcelus expulerat.
Eua viro ſuffecta comes genus omne nepotum
Protenus auſa nephas tradidit excitio.
Languida peccatis mortalis turba iacebat.
Et celum aſpiciens retro ferebat iter
Dira palus. herebi furiarum et mortis abyſſus
(Proh) locus et ſedes hec animabus erant.
Donec adeſt veniens celeſti nuncius arce
Qui celi archana ſic tibi doctus agit.
Salue plena dei. tecum deus. ecce ſuperno
Numine mater eris non violanda viro.
Talibus attonita moderate virgo paueſcens

Te domini ancillam credula conſtituis.
Nec mora diuini virtus inſpirat amoris.
  Et fis prole grauis/et manet vſq; pudor.
O felix grauitas.ſine pondere viſcera turgent.
  Et virgo innupta concipit aure deum.
Indita nature vis hoc/et norma recuſat.
  Sed magno parent cuncta creata deo.
Sic vitrum radius:ſic vellus preterit imber.
  Nec teritur vitrum.lana nec imbre madet.
Tam miro exorſu veniens a patre redemptor
  Te vite et lucis prodere ſigna dedit.
Prima quidem profers noſtre vexilla ſalutis.
  Prima ſalutis agis claſſica militie.
Ut quod triſte iugum poſuit captiua miſellis
  Eua ſuperba/leuis/credula/deſipiens/
Tu mitis/ſapiens/conſtans et libera mater
  Auferres victrix/publica facta ſalus.

## ¶ De Caroli dalphini et margarite filie Maximiliani ſponſaliis/gratulatio.

Jam ſatis armorum et diri certamina belli
  Mars dedit.ipſa iouem numina ſponte colunt.
Uidimus horrentes diſtrictis enſibus agros
  (Proh ſcelus) atq; vrbes funditus occidere.
Nemo domum tutus/ſiluas et paſcua nemo
  Dum furor arderet hactenus incoluit.
Nunc tandem dextro veniens a numine ſanctus
  Diſcordes gallos conciliauit amor.
Felix connubium quo ſic reſtinguitur ira.
  Quoq; petita diu pax benedicta venit.
Saluete iuuenes.te natu carole maior
  Speratum regem gallia leta canit.
Parua licet coniunx ductu nitatur euntis:
  Geſtit et ipſa tuo ludere iuncta thoro.
Jam planta exurgens/te flexis verſus ocellis/
  Oſcula promittit qualia forte poteſt.
Interea ſolido dum fit maturior euo
  Te regem ingenuis moribus inſtitue.
Illa tibi pulchram fecundo germine prolem
  Fundet.et ad rhenum te duce ſceptra feret.



Et liger/et rhodanus et largo fonte garūna
  Flumine communi theutonas excipiet.

## ¶ Oratio dominica.

Sancte hoim genitor/quem fas dixiſſe parentem:
  Qui celos habitas:et regis omne quod eſt.
Pone tuum cunctis ſanctum et venerabile nomen.
  Et regna in nobis rex pius et ſapiens.
Et quodcūq; voles celo terraq; mariq;
  Eterno fiat fęedere perpetuum.
Daq; pijs hodie quem ſumant proſpere panem:
  Ne deſint noſtre iuſta alimenta vie.
Tu clemens noſtros iudex dimitte reatus
  Fratribus vt noſtris debita corde damus.
Nec nos tentantis aſtus incurrere perfer
  Sed fragiles diro ſolue benigne malo.

## ¶ Epithaphyū Laurentii burelli

State viatores et flebile cernite buſtum.
  Heduus hic ſitus eſt vix tria luſtra gerens.
Moribus et forma qui ſe prebebat amandum.
  Cum puer etate/mente ſenilis erat.
Patruus aſſidua laurentius arte nepotem
  Dum fouet:hunc tollit liuida parca ſolo.
Dicite:laurenti domino iam viue burelli.
  Hoc vnum a viuis vmbra iacentis auet.

## ¶ Alterum eiuſdem epithaphium.

Deſinite o iuuenes viridi confidere vite.
  Stamine pertenui pendula vita labat.
Heduus hic cecidi terquinis editus annis.
  Spem noſtram et ſtudium mors inimica tulit.
Deſine laurenti carum plorare nepotem.
  Migrandum e vita eſt cum deus ille iubet.
Jam tuus hic cinis eſt laurentius.vmbra nepotis
  Fac precibus videat crimine lota deum.

## ¶ Ad diuam Mariam.

Uirgo qua melior/ſplendidior nec eſt
Terris:ſed nec erit cara magis deo:
Audi quod petimus vertice cernuo.

Et neuos miſeri criminis abluas
Hinc et nos famulos foue.

Conceptum colimus laude pia tuum
Te toto fidei robore credimus
Nullius macule ſcire calũniam.
Cui nec ſit patrie liuor originis
Sed fulges niue candidior.

Tu facta es genitrix numinis et viri.
Qui nobis moriens in cruce rettulit
Regnum quod patrius perdiderat furor
Fac poſthac teneat turba fidelium
Quod nati peperit cruor.

¶ Epithaphiũ Michaelis theologi docto.
Natus in aruernis claro de monte michael
Integer etate fata dolenda tuli.
Nam ſacra doctorum poſtq̄ michi laurea fulſit:
Inter et equales ſum prior appoſitus:
Protenus et neruos et alentes oſſa medullas
Illapſa introrſum dira cyragra vorat.
Hacq; diu macie ſenſim conſumptus inerti:
Soluor. et hoc tumulo conditus incubui.
Spes melior vite ſupereſt: cum reddet amicis
Premia ſydereum qui regit imperium.

¶ Petro deonuillo theologo doctori.
Rebus in ambiguis olim conſultus apollo
Dum reſponſa dabat gratus vbiq; fuit.
Corniger in lybicis ammon dominatus arenis:
Preſcius vt veri deſtitit eſſe vafer:
Et numero diuum/totoq; examine celi
Truditur vt falſa religione deus.
Te petre doctorum pars non extrema virorum
Pro meritis pulchre nunc ſchola galla colit.
Inſigni ſpecie ſolidaq; etate beatus
Ut bonus es voce: ſic grauitate places.
Artibus excultum diffundis in ethera nomen.
Et late effulges lumine theologo.
Qua ſolum ratione/tibi mens mea locuta eſt:



Ut mea per pelagus tuta phaſelus eat.
Sed ſurdo cecini pia verba. Quid obſtruis aures?
Atq; ſiles/tanq̄ queſtio vana foret?
Si talem cenſes: citius diſſolueris illam.
Nec te torquebit anxia cura diu.
Grandius at ſi quid nexu complectitur arcto:
A facili laudem non parit arte labor.
Ardua ſi celi lippo ſpeculatus ocello:
Inuia perſcrutor: me reuocato domum.
Inuidet/aut neſcit/nimium vel turget: amici
Qui ſperata trahens pretereunda putat.

¶ Guydoni de ruppeforti poſt durã aduerſitatẽ ad cancellariatũ accerſito Robertꝰ. ga.
Ambigua ſors fronte ſedens mortalia ſemper
Verſat. agit luctus. morxq; benigna iocos.
Guydo: michi exemplo es. vultu qui falſus amici
Hoſtibus extiteras impia preda tuis.
Ecce redux fulges/forti de rupe daturus
Iudicium francis et ſacra iura togis.
Sors iacet euicta. tibi celſior altera ridet.
Viue. nec a patrijs legibus aſper abi.
Tu fama clarus/et moribus integer/amplum
Nactus es ad tytulos (ſi bene pergis) iter.

¶ Epithaphiũ iohannis de porta
Poſt miſeros vite decurſos mille labores
Huc decumbo cinis. ſors tibi par ſupereſt.
Ne confide. venit cita mors/et preripit annos.
Diſce mori viuens. ſydera mors tribuit.

¶ Queq; infortunatiſſimũ nolle vita defungi. Ad fauſtum poetam.
Sepe graues vite tacitus dum fauſte labores
Atq; animi morbos et acerba incõmoda voluo:
Me vehemens totum rapit admiratio. quare
Caſibus innumeris actus tortuſq; frequenter
Optat homo nunq̄ ſpirandi ſtamina rumpi.
Sit terſite licet/et ſcorto matre creatus:
Turpis et vt larua ſpectantis turbet ocellos:
Semper inops panis. ſemper mendicus et eger:

Algeat et febri. vix erret. vix edat/omni
Defectus ſthomaco. ſenio iam pronus in vrnam:
Squalenti et tetro multum deuinctus in antro:
Et cui mox ſubeant mentem cruciamina mille:
Uxoris ſtuprum. gnatorum furta/ neceſq;:
Fraus comperta ſui nimium dum credit amici:
Et vetus admiſſum quod purget framea crimen:
His inquam vexatus homo producere vitam
Ambitione mala curat. nec ſentit amaras
Sortis egeſtates/lucis dulcedine captus.
Unica mors fugitur. parui ſunt cetera. q̄uis
Morbus pena metus corpus miſerabile vexent.
Farmaca ſic miſeri ſorbemus plena veratri.
Et mortem exoſi mortem geſtamus euntes.
Nemo fide ductus/nemo ſpe erectus anhelat/
Noſcere ꝙ mors eſt eterne ianua lucis.
Felix quem diuinus amor/ſperataq; celi
Gaudia ſollicitant: nec mortis ſpicula terrent.

**Sãcti ſaluatoris imago viatores alloq̄t.**

En ego quem cernis palmis et corde cruentum
Patre deo genitus mens vocor ipſe dei.
Me dictante/polus ⁊ rerum cepit origo.
Omnia pro nutu ſtantq; caduntq; meo.
Sed me ſanctus amor humana carne videndum
Fecit. vt interitu mors mea te redimat.
Crimine primeuo mors dira intrauerat orbem.
Parta tibi nunc eſt (me moriente) ſalus.
Saluatoris enim ſine re non prefero nomen.
Occido/et ſaluo/ perdita reſtituens.
Si ſatis es gratus: noſtrum eſt quod viuis: ⁊ extas
Q; celi accedis incola/ciuis/ herus.
His nichil eſt rebus quod par perſoluere poſſis.
Corpus/opes/animus/ſpiritus/hec mea ſunt.

**Joanni fornellio mortuorũ ſepulchra minime venerãti et gaguinũ reprehendenti ꝙ oſſa defunctorũ ad vanitatis contemptum loco edito repoſita exhiberet.**

Recta ſatis vix eſt verborum forma loquenti.
Semper ab aduerſo naſutus quiſq; reponit.
Suſpectare vetas fornelli triſtia viſu.
Et mente immota tranſiri buſta ſuades.
Hoc docet elatus qui pectore ſpirat honores
Qui riſu et choreis ſubſultat et inguine fedo
Nos grandes faſtus tetro ſpectamine tolli
Credimus. et ſimili deflecti fine tumorem.
Uile volutabrum/et fetentia ſtercora porcas
Oblectant. nempe delectant ſordida ſordes.
Nec ſpecioſa viros: nec magna decere negamus.
Omnia ſunt hominum moderatis vſibus orta.
Sed condire dapes: et ferre palacia celo:
Et cultu fulgere: nego debere caducum.
Quem nudũ exponit/quem nudũ protenus effert
Hũc natura iubet paruo deducere vitam.
Penula/cella/cibus/fornelli crede/ſatis ſunt
Ituris celo. cupido non fęnus abundat
Prodidit hoc ſenſu noſtrum ſe carmen ad auras.
Liuor et interpres ceſſent garrire. Valeto

**Paulo emylio Robertus ga.**

Et ſpeculum vite et leges quas pandis amoris
Mi paule inſpexi ceu iubar ethereum.
Uere etenim ſic eſt: ſtat cuiuis mors ſua. nil non
Occidit. et tandem labitur ipſa dies.
Marmora nec ſeruant numeris ornata ſepultos.
Geſtaq; diuorum peruetera iacent.
Unicus eſt finis expers deus. ergo paremus
Uirtute et meritis nos ſimilare deis.

**De eodem.**

Queq; dies tibi ſit ſemper velut vltima vite.
Craſtina nec ſperes. fata nec arcta time.
Sed propera. et geſtis precurre perennibus vrnã.
Nam minus eſt annis viuere: q̄ meritis.
Annorum cumulus deletur/et interit ęuo.
Que peperit virtus poſteritate vigent.
Non tam gnatorum durabis germine: q̄tum
Recte factorum te monumenta ferent.

¶ Epitaphium giraudi aduocati

Dicere iudicibus cauſam trepidantis amici
Doctus eram. atqꝫ fuit lingua diſerta ſatis.
Regius orantem laudauit ſepe ſenatus.
Et placuit noſtro purus ab ore lepos.
Vertitur excelſo mea nunc ſub iudice cauſa.
Vota/piaſqꝫ preces/nunc reus ipſe rogo.
Jam forus et leges et iurgia tanta valete.
Sit michi cum ſuperis pax et amena quies.

¶ Alterum de eodem

Ecce girardus agor terrena mole ſubactus/
Qui cauſas egi/promptus ad arma fori.
Prebuit attentus iudex michi ſedulus aures.
Voxqꝫ mea multis profuit vna reis
Regnarem medio dum ſic athleta ſenatu:
Stamina precidit inuida parca michi.
Siſtit et incautum pro roſtris iudicis alti.
Vt ſubeam meritis premia digna meis.
Qui ſupereſtis adhuc poſiti diſſoluere lites:
Librate ex equo munia iuſticie.
Arbiter eſt celo cui iuris quiſqꝫ peritus
Et rex et pretor ſumpta talenta ferat.

¶ Ad dyoniſium algretū Robertus ga.

Grecia conſultos ceſſet laudare ſolones.
Nec diuum faciat romulus ille numam.
Clarior interpres late luceſcis in omnes
Docte dyoniſi lucifer eximius.
Perge. nec extimeas mordentis ſpicula lingue.
Fama tibi eternos comparat ampla dies.

¶ Non in ſemet ſed in xp̄o ſpem eſſe reponendam

Noſtra ſalus xp̄o/preſtanti mente/relicta
Per medios ignes ſecurior ibit et vndas:
Qꝫ noſtro nixu/proprio vel robore freta.
Fallit enim ſpes longa ſui/dum fiſa ſuperbis
Viribus/e ſpecula ſentit ſtupefacta ruinam.

¶ Fauſto conuiue Robertus ga.



Non ego iam xerxi cui pythius agmina pauit:
Nec marco inſtitui quas cleopatra dapes.
Sobrius at quales condiret naſo maroni.
Quas non e crudo pectore fauſte vomas.

¶ Fauſtus gaguino

Lauta licet fuerint ipſis conuiuia menſis:
Omnia ſunt vultu ſplendidiora tuo.

¶ Robertus ga. Fauſto.

Credimus et verum eſt diuum te munere vatem
Fauſte datum nobis/quem ſchola noſtra colat.
Vberius manas vndanti flumine verſu.
Nec concuſſus agit tam celer ether aquas.
Cui tamen et pondus/et certa lege decorum
It comes. et grati ſemper ab arte ſales.
Vt iubet aſſurgis. cum vis: dimittis habenas.
Verborum omne genus imperiūqꝫ tenes.
Si quis caſtoreum/vel vlixis forte leporem
Querit: habet preſens numen apollineum.
Triſte nichil fauſti vocalis muſa reponit.
Incedit. properat. ſiſtit. agit. grauis eſt.
O fauſtam gentem: fauſto ſi vate leuata
Diſcat ad arguti ſcandere ſacra iugi.
Ecce damus ſuperis qui te miſere benignas
Grates. fauſte boni conſule. fauſte vale

¶ Gaguinus in iactabundum adoleſcentem poeſis ignarum.

Nulla michi pugna eſt puero cum ſcotide. quare?
Non ſe rhinoceros ſurrigit in culicem.
Vagiat. obſtrepitet. lachrimetur. mereat. inſtet.
Ridebo infantem qui nihil arte canit.

¶ Jn poeſis detractorem Gaguinus Fauſto poete regio. S.

Emula detractrix et vere digna bubulco
Lingua quid inſanis? et docti plectra poete
Murmure ꝑpetuo/ceu cornix garrula/turbas?
E

Cur rudis/et ſemper ſtridenti barbara nare
Obſtrepis:et ſtudium/cuius myſteria paucis
Noſſe datur damnas:que nec tu cernere lippa
Nec didiciſſe potes tam puri luminis exſors?
Dic tu/quid balbus primum ſectaris:an artem/
Artis an artifices? temere reprehenderis illud
Cetera quo capiunt venerabile dogmata lumen.
Unde hominum poſſis mulcere et vincere cętus.
Balbus vt elinguem.ſic balbum voce diſertus
Preuenit. An ne domat verbis auriga iuuencos?
Et ciues facundus agit dictamine conſul?
  Sed magis in vates liuore accenſus et ira
Spicula defigis:et pugnans eminus/hoſti
Congrederis nunq̃/nec dextram in prelia miſces.
  Artis et ingenij ſi maieſtate valebunt
Illuſtrare tuo quod perdis carmine bardo
Eſt culpare nefas:et ſignum mentis inique.
  Si laſciuus erit: ſi cantat fęda tibullus:
Non hoc muſa facit modulis intenta pudicis.
Illum ipſe admoneo detrudi protenus vrbe.
  Contemplare alias quas ſedulus excolis artes.
(Proh ſcelus) occurrent et grex et turba malorū.
Demiſſo q̃uis promittant vertice hieſum.
Nunquid ob id dignas dānabis palladis archas?
Hoc pacto exul eat dicto medicina ſenatus/
Qꝫ male diſpenſat egrotis farmaca chyron.
Sitqꝫ comes doctrix diuini pagina iuris
Ob paucos quibus eſt in menſis gloria bacchus.
Ipſa ſuos properans plectit vindicta bibaces.
Crimen in autores:laudes referamus in artes.
Si forte ignoras ſtupidus vertigine mentis:
Uera canam verus/et quod mirere reponam.
Rarius in ſtudijs oritur nichil vndiqꝫ terſo
Uate. duo tantum ſummi celebrantur in orbe.
In reliquis paſſim conſcendit pulpita turba.
Et puer atqꝫ ſenex buridania retia texunt.
Quod potes exerce. nec iniquo dente fatiges
Quos equare labor: imitari eſt fama perennis.

Finis.



## Ad penitentes pro xp̄i paſſione conſolatio Roberti gaguini.

Parce tua plebs meſta genas rugare gemendo.
Ille tibi moriens quem nectum triſte ferebas/
Et tumulo poſitum ſaxum ſeruabat et vrna/
Tartara terribilis diuino robore fregit.
Uictor et e tenebris animas deduxit ad auram.
Stixqꝫ vorax flumen raptam pro crimine predam
Euomuit/tante non auſa reſiſtere dextre.
Saxea reſtituunt iam buſta cadauera luci.
Et ſolide magno crepuerunt fragmine ruppes.
Et fremitu concuſſa graui ſe terra reſoluit.
Ite. videte locum. lapis eſt ablatus. ad antrum
Semita tuta (metu ſtupido cuſtode) relicta eſt.
Ad buſtum fulgore nitet ſudaria monſtrans
Angelus. hunc fidei pleniſſima femina vidit.
Et petrus/et multi firmant miracula teſtes
Se quoqꝫ viuentem xp̄s monſtrauit amicis
Dum palpare iubet rediuiuam a funere carnem.
Dum panem fregit/dum piſce repaſcitur aſſo.
Datqꝫ latus dubio tangendum et vulnera thome.
Mittite iam curas. abſoluite lumina fletu.
Magnificus mortis victor terreſtria ieſus
Deſpuit. atqꝫ deo viuens: per ſecula viuit.
Terrarum et celi iudex cum laude futurus.
Exultate pij quos erigit inclyta virtus.
Uobis pandit iter qui vos exemit ab orcho.
Pena malos eterna manet/carcerqꝫ perennis.
A furijs horror. et ſpes ablata ſalutis.

## De morte xp̄i meditatio Roberti. g.

Magne opifex rerum tam vaſti conditor orbis:
Chryſte dei proles: ſummi genitoris imago:
Maieſtate potens/cui celi numina parent:
Quēqꝫ profunda nequit baratri ignorare vorago:
Unde tibi pietas: vt opertus carne venires

Incola terrarum/mortem paſſurus acerbam.
Unius ob crimen/tua quem manus ante crearat
Et cunctis dederas dominari rebus? erat ne
Uermis homo tanti pro quo ludibria ferres?
Ecce per omne caput te ſpina aſperrima pungit.
Sputa genas maculant. et regem ridet arundo.
Oſtentatq; manus vinclis arctata latronem.
Plurimus et toto conſciſſo corpore virgis
It cruor. vt nulla non parte cruentus anheles.
Iam ſtulto ſimilis: iam potor haberis yachi.
Legis et antique fractor. ſeductor inanis.
Te iudea reum defert. te morte malignus
Afficit immani preſes. Sons barrabas exit
Liber. Aſt ipſe crucē cum furibus impigre ſuffers
Pendentem iudeus adit ridens. te potat aceto
Ignorans miles que mox miranda paterent.
Tu tamen immoto perſiſtens numine mentis
Matrem xp̄e tuam quam triſtem meror agebat
Diſcipulum curare iubes. caſtiſq; fouere
Obſequijs/donec ſurgens de morte triumphes.
Inde patri moriens animam cum voce relinquis.
Addidit extincto quintam centurio plagam
Diſcludens mucrone latus: quo ſanguis et vnda
Miſtica ſignantes largo fluxere meatu.
O pietas: o ſummus amor: vagire/ligari/
Eſuriem et frigus/et carnis obire grauamen:
Et vili tandem vitam conſumere ligno
Autorem vite/moderantem quicquid in orbe eſt.
Ut quos noxa grauis penis ſubiecerat orchi
Eximeres ſeruos. hec ſunt que ſacra quotannis
Et memorat clerus/et plebs illachrymat omnis.
Iuſte xp̄e tuos narrat peccator agones.
Qui precio/tanti ſe credit ſanguinis emptum.
Nunc bone ſaluator gemebundis cordibus adſis.
Abluē quod ſordet. lumen demitte ſupernum/
Quo ſine mens ceca eſt/et vana humana poteſtas:
A te noſtra ſalus. per te ſollennia mortis
Chriſte tue mundi veterata ſorde colemus.

Finis



¶ Conſultiſſimo viro dño Stephano pōciero
diue Marie Pariſieñ. cancellario.

In deſides Roberti gaguini dyalogus.
Interlocutores Negociator induſtrius
Et pauper ignauus

Quid quereris merens? Igna. Triſti me ſydere natum.
Neg. Arte vales. Igna. Nulla. Neg. Ingenio ptēde. Ign. Frātes
Eſuriunt. Neg. Querulo tandem ſuccurret amicus.
Ign. Suſcipit algentem nemo. nunc rarus oreſtes.
Neg. Conferet antiſtes. Igna. Sed conferet ante nepoti.
Et pre me tribuet ararum mille cathedras.
Aut ſcurre in cenis garritu et voce petulco.
Neg. Obſequio certa. Igna. Nunq; mercabor honores. Neg.
At ſeruire licet. Igna. Durum eſt parere togatis
Ditibus. A tenui quid ſperes? Neg. Prodiga queras
Atria magnatum. Igna. Mentiri nolo. Neg. Placebis
Ergo magis. Igna. Qui neſcit regnas aulicus/vmbra eſt.
Neg. Uitā ſtippe trahes. Igna. Uitā? volo viuere liber. Neg.
Inſtitor eſto. Igna. Grauat rationem ferre patrono.
Neg. Uiuere nū ſtatuis? Igna. Minimo tranſmittit̄ etas. Neg.
Militiam aggredere. Igna. Domus excidit aucta rapinis.
Neg. Excole rura. Igna. Tener multum ſum corpore. Neg. Neto.
Ign. Turpe mones. Neg. Igitur quiduis tibi delige. Igna. Fata
Fortunam expedient. Neg. Rapient cito forte ſupinum
Et nichil audentem. Igna. Rapient et cetera. Neg. Mors eſt
Solamen miſeris. Igna. Hoc me ſolatur egeſtas:
Deſtituent q; non ſublimi ſede ſuperbum.
Ere potentatu/celebres et nomine ciues
Anguntur penis longe grauioribus. Nego. Heu me
Ꝙ miſerum ſtultūq; eſt ſe ignorare. Pigeret
Ignauum digito triſtem depellere muſcam.

Finis.

## ¶ Ad diuos fratres Coſmam et Damianum.

Non opus eſt verbis/nec longo murmure fratres.
 Noſcitis et morbos/noſcitis et gemitum.
Uos ego conueni. vos ſepius ipſe rogaui:
 Renibus vt noſtris cederet iſte dolor.
Uota quid acta iuuant? qua flentẽ auertitis aure?
 Differor. increuit multiplicata lues.
Cernite ꝙ grauiter me crura tumentia torquent.
 Creber et ex aluo dilluit extra liquor.
His coniuncta malis fera deprimit harnia teſtes.
 Si quid commerui: ſit dolor ad veniam.
Plus luſtro tulimus ſedata mente feroces
 Inſultus morbi/nec datis auxilium.
Dicite quo pietas/quo veſtra cyrurgia ceſſit?
 Nonne opis oblita ceſſat ab arte manus?
Si forte eſt animus egrum permittere morti:
 Eſt querenda michi nunc aliunde ſalus.
Nanq; negata diu miſeratio/ vixq; recepta
 Carior eſt gemmis indorum ab littore vectis.
Sera tamen fratres quecunq; acceſſerit: egro
 Proderit. afflicto libera membra date.

## ¶ De repentino obitu Caroli octaui regis francorum Epigrãma per Robertũ ga.

Nunc tandem agnoſco ſtultus mendacia mundi.
Et ſpes exiguas dum punctum viuimus eui.
Congeries nos fallit opum. nos fallit et etas
Nec fida vllis eſt queſita potentia regnis.
Deſerit elatos ſublimis gloria reges.
Calcat et excelſum mors protenus atra tribunal.
Inde fidem ſi vis: repetito funera carli.
Late cuius erat omnis poſſeſſio francus.
Cui tremefacta caput ſummiſerat appula tellus.
Britoq; depoſitis parebat ſubditus armis.
Quem ligur et veneti conſulto marte petitum
Terribilem ſenſere manu. fortemq; duello
Fornouij multo maduit dum ſanguine campus



Ille pila dum forte videt colludere ſeruos
Confeſtim abripitur: et vox occluſa fatiſcit.
Uix quater aſpirans ſeptena volumina ſolis:
Emoritur/ſine prole ſacrum dyadema relinquens.
I iam. rumpe alpes/multorum effunde cruorem.
Dilata imperium/promitte palacia celo
Cuiq; domus terra eſt longo ſeruanda ſopore.

## ¶ De baculo Gaguini.

Miraris nixum baculo reptare gaguinum/
 Cui pes non pigrior hercule nuper erat?
Cura/labor/morbus/ſimul et variabilis etas/
 Uiribus eneruem deſtituere ſenem.
Sic ſolet annoſa fibris arentibus arbos
 Adniti furce/ne violata ruat.

Finis.

¶ Epiſtolarũ et orationũ tractatuſq; de virgineo Marie conceptu/necnon epigrãmatum aliorũq; opuſcl'orum dñi Roberti gaguini finis. Que oĩa Durandi gerleri biblyopole pariſiaci ĩpenſa impreſſa ſunt/ Et in vico ſancti Jacobi ad diui Dyoniſij ſignũ e cõſpectu eccleſie beati Maturini venalia habent᷑. Anno dñi. M. cccc. xcviij. Nouẽb. ſecunda et vigeſima. ꝑ magr̃m Andreã bocard.

BIBLIOTECA CENTRALA UNIVERSITARA BUCUREŞTI

1.230.500,00 18